6
19-a
18

6
22 B
38

21 g 34

6 19. a 18

ELEGIDIA IOANNIS BAPTISTAE PII BONONIENSIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

21 f 13

AD MAGNIFICVM DOMINVM Laurentium Biſtricium Pannonium Nobiliſſimum. Ioannes Baptiſta Pius Bononienſis.

RISTOTELES ILLE Sapiētiæ Clariſſimus Antiſtes ad Theodecten ſcite ut omnia tradidit improbitatem cauſam quærere: quod ex profeſſo uerum eſſe deprendimus: quippe quem quis odit periiſſe expetit. Qui diligit noua ſemper excogitat: rimatur: īdagat: quæ amico aut uſui futura ſint aut honori: quēadmodum impræſentiarū facio mi Laurenti nobiliſſime: ſtudioſiſſime: omni uirtutis et cādoris dote longe conſpicue: qui hoſce libellos amatorios cupidinis uredine mellitiſſima ſtimulante compoſitos: nomini tuo dare: dedicareq; cōſtitui. Primum quo notior eſſet atq; teſtatior nobilitatis tuæ memoria: quæ (ut auctor eſt libro ſecundo Thucydides) melius apud animum q̄ apud urnas hoſpitatur. Poſtremo ut aliquando tibi q̄ penite beneuolentia deuinciar aliquo fidei certo pignore ſignificem: quo tibi nec acceptius nec impenſius

BIBLIO... RC... VITTORIO EMANUELE

dari pôtuit/quippe cũ uere nõ minus q̃ uenu/ ſte Claudianus ita canat: Carmen amat quiſ/ quis carmine digna gerit. Tu heroica uirtute præfulgens carmen amas: carminũ foues ar/ tifices. Quippe uirtus tua carmen epicũ/quo celebretur/expoſcit. Si liberalitatem: qua Cy/ rum æquas famæ remigio tollere contẽdam: præſto eſt dulcis humanitas: qua Titum re/ fers. Si prudentiam et ĩ iuuenili corpore præ/ cocem: præcanamq; ſolertiam: qua Cæſares: Scipiones: Coruinos effingis emetiar: obſtre/ pit continẽtia: moderatiq; animi dos illuſtris: fortitudo: iuſtitia/et reliqua mentis cultioris ornamenta: quæ liberalis ingeni gemmæ tur/ matim congruentes efficiunt ut ignorem qd primũ mediumue loquar: quo fine quieſcã. Res mira contingit et inuſitata: ex copia ino/ piam patior: alterũ Tantalum in undis ago. Quid Themiſtoclæam memoriam recenſeo? animi fæcundi non minus q̃ facundi perſpi/ cax acumen? quo noſtro dolatorio læuigatus lauream in Parnaſo: non ut multi in muſta/ ceo: quæris: qui: ut Architrenii ſcomate obiter utar: ſtatuæ ueniunt/ſtatuæq; recedunt. Tu more ſacris certaminibus Vincentium patriã

facundiæ ora rauceſcerēt. Cæſar frigeret: Pol/
lio balbutiret: Cicero areſceret: Demoſthenes
iaceret: Eſchines tinniret: ſorderet Iſocrates:
Thucydides uacillaret: Herodotus hæreret:
Ariſtides mendicaret: Lyſias dormitaret: Cal/
uus intremeret. Volui tamen affectum cordis
potius per hæc uerba ꝓfudiſſe q̄ iuſtam eius
laudem amplexum credere: nec non cum Iu/
nio Tiberiano non de gentili Aureliano. ſed
ſacroſancto Quinqueeccleſiēſi Epiſcopo di/
cere. Ergo therſitis nomen: cæteraq; illa ꝓdi/
gia uetuſtatis et nos bene ſcimus: et poſteri
frequentabunt? Georgium clariſſimum: ſanc
tiſſimum Epiſcopum: ſeueriſſimum religio/
nis aquiliferum: per quem abolitus romanæ
religionis cultus: et epiſcopalis amplitudo re/
ſtituitur poſteri neſcient? Scient: profecto ſci/
ent. Non feram: non patiar: non ſinam tantā
uirtutem tenebris obliuionis inuolui. Nā Pi/
us muſarum alumnus quātuluſcūq; ei ſe de/
didit ac famæ: quam patrono uatum negare
nec debet nec poteſt. Accipe ergo iterim dū
maiora recoquimus Laurenti muſarum lau
ream merite maiorē hcc qualecūq; munu/
ſculum: quo carius dare non potui: ſiquidem

mancano le seguenti A iii a A vj

de carte

auctore Peripateticorum principe libro Ethicorũ nono. Poetæ ſua poemata diligunt immodice: et ſupra fœtus ſuos amant. Libelli ſũt erotici: amore: iuuenilitate prurientes: calore feruentiſſimo flagrantes: quos furentes/immo per inſaniæ luſimus interualla. Eſt enim (ſi credimus Archiatro) īſaniæ ſpecies amor: mores hominum/ut obiter Plautum delitias meas obicere moliar/moros faciens: donum mediusfidius iuuentuti tuæ ac ætati florenti condignũ: quos cũ a feriis uacabit/ut Plato ſolebat/pellege: ſub cuius morientis puluino repertus eſt poeta cupidinis et amoris mellitiſſimus opifex. Vale et Pium: quod mutuo facies: ama.

ACHILLIS PHILEROTIS BOCHII BONONIENSIS. PHALAECII.

Melliti/Lepidi/beati amores/
Molles/dulciculi/uenuſtuliq;
Ignes uiuite uos diu perennes.
Et macti charitis/ſale/ac lepore
Prodite intrepidi fauente diuo
Virtutis genio:Cypri ſecunda.
Prodite intrepidi:bonamq; Chlorin'
Seruantes facite hanc ſimul perennem.
Prodite intrepidi:Poeta namq;
Veſter ille Pius Bononienſis/
Theſaurus niueæ Latinitatis:
Theſaurus Danaæ eruditionis:
Molli:cinnameo:decente:blando:
Dulci:mellifluo:diſerto: amoeno:
Culto:flexanimo ſuo beabit
Verſu. At perpetuos diu et uirentes
Plus uno faciet manere ſæclo
Illa illa idaliis potens ocellis
Chloris ſiderum mouere Olympum.
Chloris:quæ ſtygias fugans tenebras
Mundum ſudifico ſerenat ore.
Hæc triſtem nitida ſitum repellet

Fronte.hæc uos lepidos et elegantes
Reddet:floridulos decentuloſq;:
Gratos omnibus:obuios: facetos.
Prodite eia age ter beati amores.
Et triſtes:Criticos: Catonianos:
Mordaces:rabidos: Timonianos
Omnes unius æſtimetis aſſis.

IOANNIS BAPTISTAE PII BONONIEN-
SIS ELEGIDION LIBER PRIMVS. AD
MAGNIFICVM DOMINVM LAV-
RENTIVM BISTRITIVM
PANNONIVM

LAVS CHLORIDIS A SPECIOSA
FORMA.

a RDEO SEMPER AMAns.ſed cur mihi deflua ſenſim
IRRIGAT ALBENtes Humida gutta genas?
SEMPER AN INSANO durabunt: Iupiter: æſtu
Pectora? nec ſolito ſtabit in igne modus?
Semper anhelantem lambentibus aſtra caminis
Aetnam ego? et enceladi pondera corde geram?
Vulcanus nudis: Brontes: ſteropeſq; lacertis
Hic ſemper cudent tela triſulca Ioui?
Hic Polyphemus erit? ſua qui ueſtigia pinu
Firmat: et incertos ſic regit ille pedes.
Pondera tanta queant num tantula pectora ferre?
Quæ graue iam/et uaſtum debilitauit honus.

Hic dea quæ Cypri gaudet per amoena uagari
  Auia/purpureus hic quoq; regnat amor.
Forſitan his ſuperum mouit faſtidia cælum:
  Huc fugit/et ſedes quærit uterq; nouas.
Nota loquor:ſedes ignis mea pectora:ſedes
  Cypridis/et laſso corde triumphat Amor.
Hic ſua regna tenet facie celebranda uenuſta
  Chloris:et ætherias inter habenda deas.
Hæc mihi luminibus uitam eſt prædata nigellis:
  His animam/his ſenſus abſtulit una meos.
Surpuit his mihi me:tractimq; reſorbuit omnes
  Ingenii uires dia Puella mei.
Hæc hamata gerit/piceataq; lumina uoluit:
  Et trahit obtutu ſaxea corda ſuo.
Hæc iacit aduerſus ſpectantes fulmina ocellos:
  Nullus et a tanto uulnere ſanus abit.
Articuli teretes rutilant Candore niuali
  Phidiacæ ueluti candicat artis ebur.
Palladium preit ipſa decus:Iunonis honorem:
  Et ſuperat radios Iri decora tuos.
Cæruleo cur alma lates Venus abdita ponto?
  Tota nec æquoreis humida ſurgis aquis?
Te ne pudet noſtræ uictam ceſsiſse Puellæ?
  Et latitas refluo preſsa pudore mari?
Si tamen ambigitur ſecum in certamina prodi.
  Nunc phrygius iudex non Paris alter erit.

Iſta Iouem:terras:facies:mare:ſidera:Cælum
Mulcet/et eſt ſummi nectar et eſca Iouis.
Quid uenatricem ſequeris Alphæe puellam?
Abluit hæc undis non ſua membra tuis.
Hanc cuperes ſi uiſa foret non uulnerat apros:
Nec ferit hirſutas noſtra puella feras
Hæc homines agitat:laqueos his:uinclaq; ponit:
Geſtit et in caſses hos cecidiſse ſuos.
Compedibus uinxit/dura et mea colla catenna:
Albentiq; caput preſsit acerba pede.
Et mihi iura dedit libertatemq; paternam
Abſtulit:et dixit:ſi potes illa fuge.
Quid fugiam?tu prima mei:tuq; ultima cordis
Cura eris:hæc auibus ſint modo cœpta bonis.

Conſtantem Apellæum Inſubrem monet:Vt Libel/lis Elegiacis perſcribendis Animum:et Manum intendat.

i DALIOS CONSTANS AVRIga Cu/pidinis ignes
ARTICVLIS SPARGAS CVNCTA per exta tuis
Vt quoniam perii:periiſseq; iuuit amando:
Mecum orbis:mecum flagret et omnis amans.

Quis melius teneros uatum te ſcribet amores?
Cuius ſemper amor pectus et oſsa rapit.
Alterniſq; premens animam cytheræis inhæret
Oſsibus: et dominæ qui fluit ore uapor:
Hoc probat aſsiduis iterata puella querelis
Conſtanti conſtans Grata futura ſuo.
Non tantum geminatus Hylas Tyrinthius: urnam
Thynniacis quondam forte ſequtus aquis
Quam male ſingultante anima/reuocante dolore
Ingrata elicitur Grata puella tibi.
Hos mihi dictauit paphio ſub colle libellos
Chloris: amor: Charitum dulcis alumna Venus.
Cana fides: et fida comes Conſtantia ſemper:
Vnus et ingenio fixus amoris amor.
Nomine tu Conſtans: re ſemper amoris amicus/
Conſtantiq; petis ſidera celſa fide.
Gratia te/dulciſq; lepor comitantur: et ipſa
Quam grato cingis blande Cupido ioco.
Carmina ſeu recitas pendenti ad uerba puellæ
Subſequiturq; Venus/ſubſequiturq; decor.
Siue tuos ignes doctis canis auribus: ardet
Parthenopeæo quiſquis ab ore capi.
Melliflua dociles digiti non uoce minores
Gemmea ſub certo limite ſcripta uehunt.
Et fingunt elementa pari ſic conſona ductu
Qualis Apellæa ducitur arte manus.

Nec digitis q̃ mente magis dictata reponis:
Hinc tibi Apellæo nomine creſcit honor.

AD CHLORIM.

e RGO EGO SVFFICIAM VENVS in noua uulnera ſemper?
SEMPER ET IN NOSTRO tela premes latere?
Non ſi mi tityos Iecur: aut ſi ferrea Thali
Robora: uel triplicis corpora Geryonæ.
Nam modo me dominæ male lubricus angit ocellus:
Et trahit inuitum ſub ſua iura caput.
Labra roſas: et colla niues ſuperantia canas
Me tumidæ pedibus ſubiiciunt dominæ.
Trux tamen ante alias: fidenſq; ſuperbia formæ
Pectora fulminea ui temerata ferit.
Hæc modo ſeſe offert/modo ſe faſtidit amari:
Addit et inſanis lumina torua minis:
Lumina quis uiuo et morior: qs nigra penetro
Tartara: quis ſuperi nitor in aſtra Iouis.
Parce per O ſancti noſtrum iubar oſsa parentis!
Sic ſit in elyſio lætior umbra choro.
Et quoniam periiſe iuuat: periiſse neceſse eſt
Me ſine cum duro ſidere uita mori.

Si tua marmoreæ cingunt præcordia uenæ
  Et tenero rigidus ſtat tibi corde lapis:
Si tua ſeua paras noſtro ſatiare dolore
  Pectora/ſi noſtra morte trophæa petis
Enſe nec audaci/nec fortibus utere telis.
  Quid iuuat indigno tundere buſta pede?
Me ſpecta pœnaſq; meas: quibus obrutus angor
  Caucaſeæ patiens roſtra renatus auis.
Iſta perillæo mala non leuiora iuuenco:
  Iſta nec argolicis inferiora rotis/
Carnifices curæ et mentis ſententia diſcors:
  Atq; animi tortor dulcis imago mei.
Illa ferit ſenſus/oculis quoq; obambulat illa:
  Nec ſinit optata corda quiete frui.
Cum ſubit auricomus nocturna cubilia titan:
  Nigraq; purpureo rore madeſcit humus
Aſsiſtunt noti uultus: animumq; uagantem
  Alliciunt/reficit nec mea membra ſopor.
Me miſerum eſt eadem ſæuæ implacabilis umbræ
  Forma/nec ambroſiis trux cadit ira genis.
Nil tibi ſomne faues miſeris ſolatia rebus:
  Oblitum propriæ conditionis agens.
Sola quies mihi acerba uenit: mihi flebilis: uni
  Cura ſopor: ſoli curæ alimenta ſopor.
Ah ego ne tanto nequeam ſupereſse dolori
  Quam cuperem niobes marmor et ora pati:

Quam cuperem ægæo ſcopulus perſiſtereponto
Quem ſalis/et rapidi turbinis ira petat:
Hoc ſatius q̃ uerba mihi tua fulminis inſtar:
Oraq; ueſana bile tremenda pati:
Hoc ſatius q̃ mille pati:et poſt milia mille
Murmura:et horrendis iurgia miſta ſonis:
Quæ niſi deponas/ſubito noua leucas/et arbor
Phillidis/et Tyriæ tela petenda manus.

LACHRYMIS SVIS ELICITVM HYMBREM AIT QVO CHLORIS IN RVS SOLVENS SIT COHIBITA.

OELICES PLVVIAE:GRATI thau/
f mantidos arcus:
ET QVAECVMQVE MEAM Nym/
pha morare Deam.
Fulmineiq; ignes fauſti tonitruq; ſiniſtrum:
Igneus et nubis dulce fauentis apex.
Iam mea ſoluebat Patria retinacula ripa
Chloris/et ingratum ſæua parabat iter
Cum ſuperos/Venerẽq; amens/pluuiumq; tonãtem
Elicio madidis in mea uota genis.
Annuit omnipotens pater et pia numina iuſtas
Succeſſu læto mox docuere preces:

Funditur obſcuro nymbus temerarius hymbre
  Deucalionæa non minor illuuie.
At tibi magna deum pluuiis Saturnia præſes
  Victima. ſed paruo de grege parua cadet.
Et tibi phryx iuuenum pulcherrime carmina fundã/
  Qui ſupero miſces nigra falerna Ioui.
Creſcit enim/uiuitq; diu celebrata uenuſtas
  Verſibus/et uatum laude perennat honor.
Nirea diuinum facit immortalis Homerus:
  Arcadaq; impubem parthenopæa lyra.
Me miſerum/non hymber erat: non fulminis atri
  Impetus/et rapidi flamma coruſca poli.
Hymber erant lachrymæ: quæ noſtra per ora uolutæ
  Vndanti terras corripuere lacu.
Fulgura membra feri penetrata Cupidinis arcu:
  Et facibus nimium Cypri peruſta tuis.
Iam miſero libet eſse mihi. Iam corda peruri:
  Humentes lachrymis immaduiſse genas
Dum mea ſit mecum Venus: et teneatur in urbe
Iam placeant gemitus: Iam placeantq; faces.

Ad Hiacynthum Marium Mediolanen.

e XCERPAM NE TVOS VATES Celeberrime uerſus?
QVOS VENVS/ET VENERIS dulcis oberat amor.

Hi lepidam Aonio pingunt tibi nectare formam:
Cui ſimile haud fuerit Pygmalionis ebur.
Te tamen una fides:fidei te numina tangunt
Quæ læſit cauta fraude ſecunda Venus.
Deſine perfidiæ iuſtam damnare puellam:
Deſine uirginei dux hiacynthe chori.
Combibit illa faces Veneris:ſua corda ſagittas:
Mutuus et caſto pectore uiuit amor.
Diſsimulat:lætoq; cupit tibi fomite pectus
Vrere:et ingenio ſubdere calcar auet:
Et quæcumq; ſui mentem deuincit amantis:
Illa parat uario corda tenere dolo.
Odit:amat:ridet:gemit:urit:acerbat:amicat:
Iucundoq; ſubeſt rara repulſa ioco.
His Erycina ligas animos:his pectora nectis
Ferrea:et auſteros ſcis domuiſſe uiros.
Hoſtibus eueniant lentæ commertia/ diuæ/
Momus et in tepida concaleat domina.
Nam prius in colles rebor uaga flumina ferri/
Et nilum hyberno diluere arua gelu
Panthea q̃ tua non tua ſit/non is ab ocellis
Sol uenit/ et ſolis aurea flamma tuis:
Quis uicina cadunt/afflataq; pectora mutant/
Cæleſteſq; trahunt in ſua iura deos.
Quis ſuperi cædunt radiis:quibus aſtra:tenebræ
Tartareæ:hos mollis ferre puella queat?

CHLORIDIS FORMOSITATEM EXTOL
lit:eiuſq; Maritum Execratur.

RVTE VIR / INDIGNO FRVERIS
b qui Chlorido igne/
LASCIVAM FORMA QVAE SV/
perat Venerem/
Pallada: Iunonem: iaculatricem q; Dianam/
Et uiget his cælo ſi quid amabilius/
Cur ueſana in me contorques lumina? cur me/
Me miſerum. aſpectu turbidiore notas?
Non ſatis eſt periiſse ſemel: ſemel eſse peruſtum
Cum ſocias iniit Chloris honora dapes.
Hic uidi/hic perii. hic me mihi ſuſtulit error:
Hic capitis factus in mea iura minor.
Hic mihi ſeruitum: blandiſsima uincla: catennas:
Hic laqueos dulces dulcis amica dedit/
Hic penitus titubante animo: rutilantibus hauſi
Luminibus flammas/luminibuſq; faces/
Hic mihi ſe nutu: ut citius moriare: ſpopondit
Se fore perpetuo Chloris Amore meam.
Et quoniam pudor hic uetuit coniungere dextram
Candentem noſtro contulit illa pedem.
Putide ſenſiſti nutus alterna loquaces
Aptaq; propoſito ualgia labra meo.

Illa mihi flammantem aciem:flammantia torſit
  Lumina/luminibus non tolleranda tuis.
Sed tamen admonitu caſti mea diua pudoris
  Ceſsantes radios rettulit ipſa tibi/
Tunc tu gaudebas tanquam tibi promeret Illa/
  Illa aſtra/Illam aciem:tale coruſca iubar.
Omnibus irradiat non omni Chloris honore
  Sed cui conſtanti fœdera iuncta fide.
Illa coacta tibi:proh ſors:candentia ſubdit
  Brachia/lacteolis et premit ora genis/
Ora feris fruticoſa rubis:ſordente mephiti
  Putrida/quæ ſtygius inuia reddit odor/
Non ſentis uir inepte nimis cum marmoris inſtar
  Ad Veneris lente dulcia furta uenit?
Nec tibi blanditias loquitur/liuetue labellis/
  Lubricat aut ſolita mobilis arte latus?
Illa tibi crines:et colla niualia comat?
  Et tibi purpurea Cyclade uertat humum?
Artibus his mihi bella parat:mihi pulchra uideri:
  Et Venus/et Veneris gratia blanda cupit.
His animam cohibere meam/peruadere ad oſsa
  Intima/et exuſti cordis in ima iuuat/
Pro quo te bruti puerum brutiq; ſiniſtrum
  Terriculum/Chloris aurea deuoueat.

LVCTA PANOS et Cupidinis: in qua cadit Pan.

d IC MIHI PAN OVIVM CVSTOS celeberrime quis te
IVSSIT IN ALIGERVM SVMERE bella deum?
Num tibi ſtellato radiat quod nebris ab axe?
Sidereoq́ nitent pectora compta polo?
Cornua diuiduæ quod pandis imagine lunæ?
Quod tua ſeptifori iubila ab oſse fluunt?
Quod minio radiata nitet: radiata ſinope
Emicat æthe ria frons ueneranda face?
Quod tibi capripedi ſunt hiſpida cruſcula planta?
Incuruum geſtat quod tua dextra pedum?
Vidi te uidi uolucrem cum amplexus amorem
Niteris in lucta uincere tænaria:
Quantus punicea ſudor de fronte cadebat/
Et pretium uires Ira pudorq́ dabant.
Quid furis omniparens: non æquaq́ bella laceſsis?
Non cadet: aligera ſtat tuus hoſtis ope.
Vincar ego imbelli a puero? Natura ruinam
Numine quæ noſtro ſtas patiere trucem.
Sed cadis/ O/ uere pecudum digniſsime cuſtos/
Et merito riſus tanta paleſtra ciet.
Aureolo dominum naturæ ſtraſse tonantem
Qui potuit telo non ſatyrum poterit?

Viue tamen ſyringe tuos ſolate dolores
Quippe ſenex iuueni cædis et armigero/
Qui ſtyga:qui ſuperos:terrenaq; ſæcla fatigat/
Cunctaq; mellito ſubdit aculeolo.

Laus Alexandri pro Conſulatu honorificentiſsime Adminiſtrato.

q VISQVIS ALEXANDRI NOMEN tibi reddidit:illum
SIDEREVS ROSEO MOVIT IN ore nitor/
Et berenicæa ludentes fronte capilli
Quos cuperet capiti Phœbus Apollo ſuo.
Cincta quibus deceant euantia tempora Bacchi
Victor ab Eoo cum redit orbe deus.
Talis in aligero crinis radiabat amore
Cum dominus flammæ uulnus ab igne tulit.
Quam blandum:q̃ mite tuo lux fulgurat ore/
Fulmine quo nobis pectora dulce feris.
Blanda ſerenatis inſedit gratia ocellis/
Et Venus:et teneræ cura parentis amor.
Suauis amabilibus Pitho dea iuncta labellis:
Flexanimoq; ſedet multus in ore lepor.
Hoc Parin/hoc macetum ſuperas diademate regem/
Et quoſq; egregios ſæcla tulere duces.

Hunc trahit ambitio: trahit hunc furioſa uoluptas:
Iudicioq; caret iudicis urna ſuo.
Tu cupidum frenis animum: tu compede nectis
Et quæcumq; libent: Illa licere negas.
Ardua res ſuperare metus: ſua uota domare:
Cum cræſsum liceat eſse: placere Numam:
Iuſtitiæq; pio: quo tu prior agmine flores:
Metiri uires: ſceptraq; celſa gradu

Hortatur Chloridem ut prodeat.

Elices quoſcumq; rapit ferus ignis amoris
f Et Veneris nimiũ uincula blãda domãt,
Quos ferit et uexat flagranti ſidere amica:
Preſsat et aſsueto colla peruſta iugo.
Vrar ego ante alios dum ſis mihi cauſa uaporis
Chloris: et ardenti ſtes ſuper ora face.
Me radii: me flamma iuuent: me fulminis alæ:
Quæ iacis albenti per mea corda manu:
Pulchra ſerenato facies dum proferat ore
Blanda cupidinei ſidera luciferi.
Proh qualis. proh quanta uenis: non pulchrior exit
Titanis ſpreto luthea diua ſene.
His capimur: nos iſta trahunt: conuertimus illuc
Lumina: et Idaliam credimus Ire deam.

Ne lateas:fruere hoc mecum mea múnere Chloris:
AEtheriumq; mihi cernere detur opus.
Non ſunt hæc decimi munuſcula menſis:honores
Hos tibi ſancta parens:nec pater ipſe dedit.
Hunc Venus:hunc finxit uultũ ingenioſa Minerua:
Dulcibus hinc ſemper Illa uel Illa ſonis.
Exerit humenti pelago bona mater amorum
Cinnameos crines:ambroſiumq; caput.
Nil iuuat audacem latitans lyra Chloris Achillem:
Non reticens genium Phemius oris habet.
Non teneræ uiolas carpent per rura puellæ
Auia:nil ueneris det Venus alma roſis
Si fugiant:ſi ſenta colant:nemora inuia:nullo
In quibus eſt nuſquam ſemita facta pede.
Nubilus eſt cæli fulgor:uetat aſtra uidere:
Et tua latoïdes lumina Phœbe negas:
Sidera tu nobis:omnes tu congere flammas;
Fulgebit medio ſic polus ipſe die.

Amores poſtpoſitos A ſe Veteres ſcribit:Solũmq;
calere in Chloride.

Viſquis hyperborea cõcretas caute puellas
q Dixit:ab exemplo eſt certus Apollo meo.
Quiſqs et æquoreas Venerẽ genuiſſe ꝓcellas
Dixit:ab exemplo uera Sibylla meo eſt:

Torqueor:uror.edax populatur noſtra Cupido
  Pectora:ſed tanti ſpes mihi nulla mali.
Tu tamen aſsueto prodis ueneranda decore/
  Peſtanuſq; tuo fulgurat ore nitor.
Cum mea pallenti macies ferrugine tingat
  Ora/ſimul lachrymis hymber/ut amnis/eat.
Tu ſolito premis igne tuum fera Chloris amantem
  Et ſolitas ſpargis noſtra per oſsa faces/
Spargis/Ithyræoſq; arcus pharetramq; Dianæ/
  Lampadas atq; ignes ſuggerit acer amor.
Parce puer/ſic grata tibi ferat oſcula Pſyche
  Nec querulo deſit murmur in ore loquax.
Sic nunquam tremulo laſciua rebulliat igne
  Atq; humeros timeat ledere flamma tuos.
Vre feros/incende truces/populare ſuperbos:
  Qui retrahunt Paphio colla nouella iugo.
Miles amoris ego.uetus ad tua caſtra ſatelles:
  Sumq; tuæ nunquam transfuga militiæ.
Siluia me uiridi Tyronem duxit ab æuo.
  Tunc dedimus ſignis nomina prima tuis.
Illa Cupidineis animum deuinxit ocellis/
  Feruoriſq; mei prima fauilla fuit.
Illa rudes modulos:ignaraq; fila ſonoræ
  Mouit:ut alliceret ſaxea corda:lyræ.
Sola nec imperium/nec noſtras rexit habennas
  Siluia/cæleſtes inter habenda choros.

Me ſibi mancipium teneri facit oris eropſe
  Cuius amabilibus ſedit amor labiis.
Sed fugiunt gratiq; dies/dulciſq; uoluptas/
  Et nouus eſt tanti finis amoris amor.
Leucotoe/rhodineq; ferox/et Iantis/acerbo
  Subdierunt pariter colla peruſta iugo.
Mox mea ſub duræ libertas cedit Olympæ
  Imperia/Aoniis quæ petit aſta modis.
Tu mihi perpetuo nata es mea uita dolori/
  Tu mihi poſt Cineres cura ſuperſtes eris.
Nulla mihi poſthac ridentibus adſtet ocellis/
  Lingua nec appulſus uibret/ut ante/ſuos.
Nulla tuo poſthac dabit improba uincula collo/
  Quicquid erit/dominæ ſeruiet uſq; pius.
Aſpicies tepidam cinerem quæcumq; rapaci
  Inualuit quondam flamma coruſca face.
Si modo mollis eris/cupido ſi mitis amanti/
  Quem rapit alterna Cypris amorq; manu.
Quod ſi nec precibus/lachrymis nec flecteris ullis/
  Neſcio quid Nemeſis iam tibi triſte parat.

Corbita ad Amatorem ſuum Satyriſcũ cogno/
mento Celocem.

q Vid reat affatu quod nulla epigrãmata cultu
  In noſtras ueniunt trux ſatyriſce manus?

D

ROMA

Pulchra nec aſsueta cantatũr epiſtola uoce
  Nec celeres elegi dulce querentis opus?
Hei mihi ſed iuſto deſunt ſua uerba dolori/
  Me miſeram ſi te iam tenet alter amor.
In tua ſi ueniant alieni colla lacerti/
  Sitq; Venus ueneris meta ſecunda meæ.
Infelix quecumq; uirum ſibi ſpondet amicum/
  Perpetuus nullo regnat amore tenor.
Quid iurata Iouis mihi numina?quidq; Mineruæ?
  Quæ fauet Ingenio plurima diua tuo.
Tu mihi ſpondebas per ſidera mollis Olympi/
  Perq; tuos oculos qui rapuere meos
Te fore ſub noſtros conſtanti pectore nutus/
  Nec poſse alterius lumine uane capi/
Mobilior foliis mens eſt tua/quæ rotat ictu
  Trux aquilo ſiluas cum fera nudat hyems.
Mobilior Ceruis/Satyriſq; fugacibus/unde
  Nomina de propria mobilitate refers.
Ergo meos luſus:mea gaudia poſsidet ulla?
  Deliciis fruitur ſuccuba an ulla meis?
Neſcio quàm cantant deducta uoce cathedræ
  AEmyliam:hoc noſter uenit ab hoſte metus.
Proh uana auguria atq; hominũ mẽs credula/quãtũ
  Verſantur cæca ſæcla futura uice.
Forſan et in gremio ueneris langore ſolutus
  Pellicis heu de me non bona uerba facis.

Lactea cum laudas/et candidiora liguſtro
Membra ſub amplexus mollia facta tuos.
Sed latet heu demens phario ſub ſtercore piſcis/
Arcadicię gregis oblita lacte madet.
Aſt ego natiua uenio ſpectanda figura
Cenſeor et propriis nobilitata bonis.
Multa uiros neſcire uolunt:quæ candida:debet
Cerusſæ/aut lacti uilis aſella tuo.
Quæ micat auricomo ſimilis de lumine ſoli/
Hæc celebri debet munera tanta melo.
Quæ ſibi multimodum uariauit pectine crinem/
Gratia germanæ talis habenda nuru.
Sed mihi quid proſunt ledææ præmia formæ
Qua ſtetit Idæo nuda ſub ore Venus?
Si te neſcio quæ fallacibus abſtrahit herbis
Atcę cytæinis turpis amica ſonis.
Nil mihi iam ſupereſt.incendia erinnydes atræ/
Anguicomaſcę faces/lampada/tela date/
Cincta mihi tortis properare Megæra colubris/
Nunc opus.Aemyliam trina caterua feri.
Trina caterua feri/lacerate uerenda ſalaci
Huic Satyro/ inſidias mi dedit iſte locus.
Cuncta cito propere/raptim ne honeraria dicat
Aut Satyrus fugiat uulnera noſtra celox.
Non fugiet:ſic fata uolunt:ſtatuere ſorores
Lanificæ/furiis uictima uota cadet.

TRISTEM ESSE CHLORIDEM AIT
Mortem Soteris noſtri Deflentem.

Ira Paleſtinæ redeunt iam tempora gentis
d Auſa:nefas:ſummū quæ temerare Iouē.
Quo duce Saturni fulſerunt ſæcula nobis:
Et licet humanum tollere in aſtra caput:
Cum prius Infernus Phlegethontide mergeret unda
Hoſtis:et Elyſio ferret opima Ioui.
Mœſta trahens imo ſuſpiria pectore Chloris
Ingemit:ut raptum Daulias ales Itym.
Ingemit:et miſerum fera dedignatur amantem:
Nec patitur noſtras pondus habere preces.
Obnubitq; caput:blandos obnubit ocellos:
Et medio uultus abdit acerba genu:
Nec dulces riſus:nec uerba iuuantia fundit:
Nec reficit radiis:lumina noſtra ſuis.
Sed gemit:et prorſus Cytheræos abdicat ignes:
Luminibus queritur et placuiſſe meis:
Indicat hoſtili mea uota odiſſe:calores:
Obſequia:ardores:triſtis:atrox:facie.
Proh Venus:et ſi quis miſeros deus audit amantes:
Siue aliqua humano Nympha in amore uacat:
Me trahite in ueſtrum nemus:in deſerta uireta
In gelidos fontes:in gelidoſq; lacus.

Hic querar:hic recanam recinenti perditus Echo:
Leniet hic miti fiſtula corda ſono.
Hic queruli mecum ſilueſtria numina Panes
Mulcebunt dulci uulnera ſæua lyra.
Forſan et annoſæ uenient ad carmina quercus:
Atq; ruent mites ad pia plectra feræ:
Mi ſiluæ:mi teſqua iuuant.ſine Chloride triſtis
Patria:et inuiſi:quo rapis Ira?lares.

In Declamatorem Cynicum

El mihi dulichia uelentur tempora cera:
u Qua ſiculum fugit dux Ithacenſis epos:
Vel mea fulmineis afflentur pectora telis:
Vel Niobes rigido marmora corde feram.
Hoc ſatius q̃ ferre tuas trux Stoice rugas:
Oraq; uipereo lurida felle mihi.
Tu mea:tu laceras ſæuis præcordia uerbis:
Tu feris et trifida pectora noſtra face.
Ah nimium nimium in miſeros ferus hoſtis amantes:
Quos agis alterna dire Cupido manu.
Quid iuuat afflati ſacrum calcare cadauer?
Quid iuuat immiti tundere buſta pede?
Contemnit pauidos lepores:luctantibus inſtat
Hoſtibus:ætherno quæ gerit arma Ioui.

Non iuuat in tenues fera guttura ſoluere damas
Cui ſolitus rabidam Taure leuare ſitim/
At Lupus:informeſq; inſtant fugientibus Vrſi/
Quæq; Paretonio regnat in amne fera.
Forſitan aduerſos committere reris in hoſtes
Prælia et inuicta ferre Tropæa manu.
Ah nimium facilis:nimium tibi credulus/urges
Exanimem parui pulueris effigiem.
Tu rapis exuſtos cineres:rapis improbus oſſa/
Quæ nimio dudum trita calore iacent.
Quis calor hic fuerit/ſi neſcis Stoice:dicam/
Vnica in exitium nata puella meum.
Cuius amabilibus Phlegethon:cocytus ocellis
Manat/et incendi quicquid ubiq; furit.
Illa mihi æthernis uinxit complexibus artus/
Nodauit collo uincula blanda meo.
Illa iecur populata meum/populata medullas
Immiti euellens flebile corda manu.
Tu tamen exanimem tundis latratibus umbram/
Et gladium noſtros exeris in cineres.
Qualis latratu terret nigra regna Trifauci
Cerberus:et Stygios intonat ore lacus.
Talis in exanimem ſpumoſus perfuris umbram
Et iacis in manes uerba canina meos.
Confiteor blandis dominæ ceſsiſe lupatis/
Et miſerum laqueis inſeruiſse caput.

Comibus:heu:fateor dominæ pellectus ocellis
Vror:et inſano perpes amore rotor.
Verbera confiteor paphii tolleraſse flagelli:
Confiteor uolucri ſuccubuiſse deo.
Membra cupidineo uidi Iouis acta triumpo:
Atq; catennatos ad ſua plauſtra deos.
Mars pater irarum belli noua gloria Mauors
Nexus acidaliæ pendet ab orbe rotæ.
Si tua marmoreæ cingunt præcordia uenæ:
Et Themeſæa tuum pectus ahena tenent:
Nos faciles teneriq; ſumus:et amare parati:
Duricies nobis:nec rigor ullus adeſt.
Nos facile heremus:uolucriq; cupidinis Oeſtro
Cædimus:in ſuperos non licet ire deos.
Me trahit acer amor:ſequitur mens capta trahētem.
Non datur his artus exeruiſse plagis.
Si tua nunc ualeat facundia uertere pectus
Sæue puellares Stoice plecte choros.
Illæ næ illecebræ miſeri populantur amantis
Ingenium:ſenſus:ſenſa:cor:exta:animum.
Redde tuo fera Chlori tona ſua corda poetæ:
Vis ſapiam exutus corde:anima:ingenio?
Tunc ego uotiua ponam pia ſigna tabella:
Teſtaborq; tuum pondus habere Sophos.

DE RAMO OLIVAE:PACEM OPTAT.

Ax Venus:et mecum diſcors ueſane Cupido:
p Qui thraitis bello pectora noſtra truci.
Sideribus mea Chlori tuis nũc parce parũp.
Pax uenit:in placida pace quieſcat amans.
Hac fruar:et laxis redeam in mea iura catennis:
Hac redimam ſolito libera colla iugo.
Omnis odoratas ſexus uittatus ad aras
Vade:et prociduo dic bona uerba genu.
Hic pius albato dat munera flamen amictu:
Quæ quondam Chriſto gens ſolymæa dedit.
Candida Palladiæ ſunt munera:ramus Oliuæ:
Cui neq; uis hyemis:frigora nulla nocent.
Tunc tibi:tunc domui:populo patribuſq; ptecare
Pax ſit:et in placida pace benigna Ceres.
Humida ſolſtitia:atq; hyemi iungatur ut æſtas:
Cumq; luto ueris puluerulenta hyemem.
Nunc mihi:cui ſemper diſcordia prælia Chloris
Miſcet:adoratæ da pia dona deæ:
Si modo peruigili ueneror ſua numina cultu:
Et placet ingenio ſola minerua meo.
Caſta poetarum cuſtos:et dulcis Ithones
Incola:da pacis nunc mihi dona tuæ.
Nunc liceat tandem gemitus:tormenta:dolores
Ponere et in portu tuta carina natet.

Sæua tuas àuerte genas:auerte labella
Punica:quæ luctus cauſa puella mei es:
Abde tuum cauſam belli duo ſidera lumen:
Quæ fuerunt noſtræ curua malæa rati.
Et ſacer ætherno mihi gaudia ramus honore
Præbeat:et uitæ luſtra ſerena meæ.

QVERIMONIA SVPER CRVCIFIXO CHRISTO.

Ste procul Satyri petulãtia numina turpes.
e Nunc iuuat ætherio ſoluere plectra Ioui/
Plectra q̄bus querulo triſtatur lydia cãtu/
Ingemit et coi mœſta camena ſenis.
Nunc oritur lachrymoſa dies ſignanda lapillo/
Quem uoluit Stygiæ decolor hymber aquæ.
Ille hominum Princeps/diuum pater optimus idem
Exibuit duræ corpora ſancta Cruci.
Sputa:famem:tormenta:ſitim:conuicia paſsus
Tollat ut humanum per ſua damna ſcelus.
Impia:trux:crudelis:atrox gens ferrea idumes:
Quæ tantum aggreditur ſaxea ferre nefas.
Ergo ſui ſcelerata patris Cruce digna putarit
Membra/Polus:genii:quæ ueneratur humus.
In mea nunc liquidi deſcendant lumina fontes
Luctibus ut ſuperet humida gutta meis.

Vox mea cūmeæ uires trahat aucta Sibyllæ
  Vt meritis flendo par queat eſse ſuis.
Muſa faue: gemituſq; iuua: quæ diceris una
  Victori laudes ſuccinuiſse deo.
Angelici mea fila chori: mea uerba leuate:
  Non fas mortali tendere in aſtra ſono.
Nunc erato. aut uanis coniuncta ſororibus abſit
  Terpſichore gratum fundere docta melos.
Sōnia ſunt uatū hæc: quibus improbus oblinit hoſtis
  Viperea infirmas tabes: rudeſq; animas.
Tu mihi Chriſte potēs: mens patris et æqua poteſtas
  Aſpira: et noſtræ ſis cynoſura rati.
Te meus in pelago iactatus et aquoris undis
  Nauta rogans: helicen: Caſtoras eſse putat.
Ne ſine quem proprio ſeruaſti ſanguine quondam
  Ludibrio ſæui dæmonis: eſse Pium.
Ille quot inſidias: caſses: laqueoſq; pararit
  Auxilio fugiam Chriſte benigne tuo.
Spiritus eſt promptus: caro debilis: abſtrahit: urget:
  Et refugit domini ferre proterua iugum.
Robora tu menti: requiem dabis artubus almam:
  Atq; animo tecum uiuere poſse meo.

ROGAT AVRAM VT CHLORIDEM
ad ſe ferat.

AEC LOCA SOLICITO CHLORIS
h nimis apta Poetæ:
HAEC LACHRYMAS FACILIS nūc
bene ſorbet humus.
Dulcis humus uiridi nimium dilecta puellæ:
Quæ ſuperat graias:dardaniaſq; nurus.
Hoc ſtetit:hoc poſuit diuinum ceſpite corpus:
Hinc ſacer ambroſio germine fragrat odor.
Non ſecus ac cornu premeret thaumantias Iris:
Gratus odorato ceſpite manat odor.
Cinnama:thus:redolēs:ſtacten:opobalſama:nardū:
Et felix quicquid germinat Arabia:
Quam gratum ſpirant uario gemmantia flore
Prata puellari facta beata choro.
Texuit hic uirides ſtudio properante coronas:
Hic niueis farſit ſyrpiculos manibus.
Dicite iō Nymphæ quales decerpſerit herbas:
Quo poſuit teneros limite uita pedes:
Aut ubi/cum celeri laſsauit membra labore:
Sedit/et optata molle quieuit humo.
Ponere me iuuet hic curis lachrymiſq; pereſum
Corpus/et in dominæ corda leuare thoro.
Cernis ut undanti flores uibrentur ab aura:
Et quatiant roſeas noſtra per ora comas.
Sibilat/et dulci mœſtas pia flora per aures
Murmurat/et dominæ nomina uoce refert.

Prata meam referunt uiridi depicta colore:
Et Veneris flores Oebaliiq; deam.
Hei mihi uoce quid/O/dominam iuuat aura referre:
Gratior ut ſpiret corpora uera refer.
Brachia pando frequens.ſed mi pro Chloride flores:
Et tremula in paſsos confluit herba ſinus.
Quid tibi dura precer miſero Zephyritis amanti:
Sit rogo triſtis hyems:perpetuæq; niues.

ELEGIACON LIBER.II.

DEHORTATVR PYRIN RIVALEM AB Amore eius cruciatus oſtendens.

q VID TIBI VIS INSANE MEAE
Pyris æmule flammæ:
INFELIX STYGIOS TENDIS
adire lacus?
Tendis et aſsiduo conuolui Ixionis orbe:
Tantaleam ſicco gutture ferre ſitim.
Et ſi qua in miſeras cantatur fabula gentes:
Quas rotat ignifluis ſtyx phlegethonq; uadis.
Nulla Venus cuiq̃ faciles ita præbuit ignes
Vt non oſtenſo melle uenena daret.
Tu fortaſse iocos:tu gaudia credis amorem:
Miſtaq; deliciis uota ſerena tuis:

Et dulces riſus ſolatia dulcia/cantus:
Illecebras:choreas:oſcula:plectra:merum.
Falleris ac toto prolaberis ordine mentis:
Et tua ueſanus lumina cæcat amor.
Curua trucem potius ſulcet mea cymba Charybdin/
Tranſeat et fluctus ſæua malæa tuos.
Debilis inſtabiles tentet Symplegadas:et quæ
Fulminis a diri nomine nomen habent.
Quam puer inſano Veneris mea transforet arcu
Pectora:uulneribus nulla medela ſuis.
Vrunt æthernis incendia talia flammis:
Perpetui his ignes:perpetuuſq; dolor.
Cærula quot piſces:quot Lesbia terra racemos:
Maſcula quot tellus thura ſabæa parit.
Plumiferas quot habet uolucres agitabilis aer:
Gargara quot meſses:uina falernus ager
Tot Venus aduerſis miſeros fera torquet amantes.
Spicula tot noſtro pectore figit amor.
Quæ pateris leuiora reor:quota portio mœſti
Hæc animi:q̃uis non grauiora putes.
Tu poteris dominæ radios:et dulce micantis
Luminis exuſto pectore ferre rogos?
Non poteris.manant illinc incendia mille:
Hic quatit accenſas ſæua erycina faces.
Qualis nyctimene radianti ab Apollinis orbe
Stringitur:et nimio lumine lumen hebet.

Talis eris: multa tenebras ſic luce trahentem
Ridebit mundi ſol nouus iſte ſui.
Corripior: torpent artus: caligat ocellus
Sidera cum dominæ ſunt prope uiſa meæ.
Quam decet albenti roſa cum redimita liguſtro eſt
Vel frondes peſti lactea meta trahit.
Siue papaueribus candentia lilia nectis:
Caltaq; ſilueſtres ſi tegit uſta roſas.
Rideat aut ebori miſto terebintinus ardor:
Aut niueæ ludant purpureis uiolæ.
Tam decet ardenti permiſtus lacteus igne:
Et ferit et penetrat ſaxea corda nitor.
Nec minus illa iuuant genio quod cuncta ſecundo
Comit: et una omnes ſurripuit Veneres.
Si loquitur: linguæ moderatur plectra Minerua:
Si ridet: roſeo ridet in ore Venus.
Ambulat: ætherios Iuno et bona gratia paſſus
Temperat: atq; agiles fert amor ipſe pedes.
Hanc mihi cæleſti natam de ſemine Pæan:
Hanc charis: hanc Phœbi turba nouena dedit.
Numina habent uates: non eſt mortale quod opto:
Noſtra nec exitio muſa canora ſubeſt.
Tu populus: tu uulgus iners miſer æmule: ſemper
Mortuus et ſpirans uile cadauer agis.
Carmen amor: uateſq; cupit: quis prælia: pugnas
Noſcat: et irati uulnera poſteritas.

II

IN EVNDEM RIVALEM.

Oeſtus erã:dominæq; trucis fera corda receſẽs
m Non poteram mentis conſcius eſse meæ.
Hic uenus:hic uolucer raptabat noſtra cupido
Viſcera:et extii cauſa puella mei.
Cum mihi neſcio quis propere male ſedulus inſtat:
Atq; ait/O flammæ caſse Poeta iaces
Illa tibi dilecta diu tua cura puella
Alterius mauult colla tenere uiri.
Non ne uides q̃ dulce tuo:q̃ molle lubeſcat
Riuali:riſu:uoce:oculis:facie.
Quantaq; præteritæ capiant per mutua pugnæ
Signa/uec ipſa initus lingua miniſtra uacet.
Forte aliam noctem ridentis nictus ocelli
Nunciat/indicens bella ſecunda ſibi.
O potius montane trahas mea corpora uultur:
Tingat et in noſtro ſanguine roſtra lupus.
Quam dea iungatur fœdo mea Chloris amanti:
Sontica cui torto corpore cauſa ſubeſt.
Ille cutem libyci per ſordida uulnera barri
Corpore ſemianimi Chlori ſerena refert.
Sed prius æquorei dammis iungentur echini:
Et miſto AEripedi ſemine grippes equo
Quam mea te foueat teneris cæleſtis in ulnis
Chloris/et amplexu te beet alma ſuo

Non ita naturæ præpoſtera cuncta feruntur
Vt ſpreto cupiat te mea uita Pio.
Te cui cura meri:ſomni:cupedinis:eſcæ
Sola manet:mentis nec tibi cultus adeſt.
Non minus ingenio:ſpecie q̃:dia ſuperbit
Chloris:et ex noſtro colle trophæa petit.
Aſpice q̃ rutilo firmet mea ſidere dicta:
Mulceat et riſu triſtia corda ſuo.
Riſit et ex animo percuſsit lumine lumen:
Lumine quo felix ſemper amator ero.
Vidit/et obſcuros contorſit liuidus ungues
Quem mea damna iuuant:gaudia noſtra premũt.
O Edipodæ tibi iam liuor furioſa minatur
Vota/et Anaxaretæ flebile monſtrat honus.
Aſt ego felici ſoluam mea Caſtore uela:
Siſtet et in portu noſtra carina ſuo.
Votiuaq; piam Venerem placabo tabella
Cum laqueus fauces ruperit ille tuas.
Iam facilem noſtro Chloris ſe ſpondet amori:
Nec patitur uatis fata uidere ſui.
Carmen amat:meritoq; pias Heliconis alumnas
Excolit.eſt formæ muſa perenne decus.
Carmine formoſa eſt Cycno generata Lacæna
Qua quondam in cineres Troia ſuperba ruit.
Carmine conſpicua eſt Tyro:Pagaſæa puella:
Quæ uoluit proprii fata ſubire uiri.

Pulchra lyra geſtit decorata Melampodis uxor:
Iuſsit amatorem quæ iuga ferre ſuum.
Carmine et Omphales decus emicat/Hercule iuſso
Stamine lanificas implicuiſse manus.
Tot repetita procis reuireſcit carmine præda
Per patris interitus facta puella ſui.
Perge Pio mea uita faces obuertere amanti
Et leuet æthereum uulnera noſtra decus:
Dulce micent riſus/quibus ignea cernimus aſtra:
Detur Apollineum nocte uidere iubar.
Inſurgam maiore lyra:grauiore cothurno:
Et tollam faciem ſidera ad uſq; tuam.
Noſtra meleſigenes:non noſtra oeagrius Orpheus:
Dulcibus æquabunt plectra canora modis.
Primus ego uatum tu prima uocaberis inter
Romulidas:Græcas:Dardaniaſq; nurus.
Sic tua de noſtro ſuccreſcet forma canore:
Creſcet et e dominæ noſtra nitore chelis.

Phaſidi Chloridem reuelat.

d Vm licuit flammas libuit cælare rapaces
Tincte Meduſæis Phaſis amice uadis.
Nũc ſcelus eſt charo uulnus texiſse ſodali:
Qui poterit medicã ferre benignus opẽ.

Terruit antiquæ non me inconſtantia mentis
  Cum tibi ſocratica pectus ab arce fluat.
Sed quod amos et regna pares odere ſodaleis:
  Nec tua cum ſociis regna Cupido iuuant.
Corda cupidineis tua ſubdita rebar ocellis:
  Vraniamq; tibi Chloridos eſse iubar.
Quo ſiluas quo ſaxa trahit/ſuperumq; cateruas
  Pellicit/et ſummo ducit ab axe Iouem.
Nunc dabitur miſeri:quoniam iuuat:ora poetæ
  Tergere candenti molliter articulo.
Primus et exuſti fies conſultor amantis:
  Et current nutu lintea noſtra tuo.
Flebo ego:Tu flenti madidos ſiccabis occellos:
  Læta fouens proprio tempora:fuſca ſinu.
Contiguæ mihi forte domus felicia ſpondent
  Sæcula poſt iactus Iri decora tuos.

Iratam placare Dominam contendit.

i Ra truces animos decet:et Plutonia regna:
  Militiam ſubeo nude Cupido tuam.
  Tu pacis/fideiq; deus/riſuſq;/iociq;:
  Et tecum læto luſitat ore Venus.
Stant mihi cum domina tamen impia bella cythere:
  Nec datur aſsueta poſse quiete frui.

II

Nox ſubit:occurrunt triſtes mihi Chloridos Iræ:
 Prodita et occurſu pectora fuſca ſuo.
Deſtituit furuo mea corpora ſomnus amictu.
 Verſor/et ex omni parte leuamen abit.
Dulcis abit:ſecura quies:tum pluma uidetur
 Plumbea/præduro durior oſse thorus.
Ecce repente uenit ſtygiis e faucibus omnis
 Peſtis/atrox luctus funereusq; dolor.
Dein lachrymæ:ſciſsoq; ruit diſcordia peplo:
 Et mea pro ſomno languida corda premunt.
Conqueror/et triſti ploro mea ſidera queſtu:
 Et Venerem perago uoce dolente ream.
Surda nihil querulo ſubicit cytheræis amanti:
 Sed ſinit a Zephyris irrita uerba rapi.
Tu mihi pro cunctis ſolum et uenerabile numen:
 Numinibus potior Chlori ſerena faue.
Sume tuis ſolitos ignes pia Chloris ocellis:
 Et mea conſueto lumina ſole feri.
Quo riſus abiere Pii?nictusq; loquaxq;
 Nutus?et appulſus mellea lingua tui?
Quis tibi mancipium memet decoriſsima uoui:
 Et tribui uictas in tua iura manus.
Excute ab ardenti Chloris mala nubila Phœbo:
 Vt ſolem uideam ſidera pura iube.
Iſta ſupercilii fera fulmina ſentiat hoſtis
 Gallicus/et patriæ bella minatus Iber.

INVITAT AMICAM VT RVS PETAT
Formæq; eius excellentiam laudat:et habitū
deſcribit.

u Nda ſitim:rapidoſq; auræ ſedate uapores:
Quos amor/et triſti Syrius igne tulit
Præpoſui deſerta tibi loca Felſina dulcis
Vt tandem poſito liber amore uacem.
Non licet/hic adſtat dominæ fulgentis imago:
Atq; oculi uiridis ſidera noſtra deæ.
Occurrit quanta incedit/ſpatiatur/adorat/
Et tyrias ueſtes noſtra per ora trahit.
Siue terit medii candentia limina Iani
Pœnus ubi indictum uerſat amator Iter.
Siue piæ Veneris placet aurea uiſere templa
Emicet ut Pœno q̄ pote culta ſuo.
Iſta mouent animos ſiluis et montibus aptos:
Atq; iterum optantur urbs/fora/templa/Venus.
Optatas odi ſiluas/gelidiſsima tempe/
Fons ubi muſcoſo tramite carpit Iter.
Illis oppono geminum duo ſidera lumen
Chloridis:et linguæ dulcia plectra ſuæ/
Et genium uultus:genialis et oris honorem/
Atq; habitum Nymphis crine uagante parem/
Hunc tamen intorto ſinuata patagia nodo
Nequidq̄ extrema ludere parte ſinunt.

Frontibus illudit criſpatis antia ſpiris/
Fulmineaſq; agitat noſtra per ora faces.
Vertice dependent maculoſo retia textu
Aurea/quæ Phrygii nobile dentis opus.
Fronte micas media luces imitate Pyrope
Sideras/rutilum ſerica fila regunt.
Lactea gemmato redimuntur colla monili/
Gemmifero ueniunt qualia rara mari.
Aureus aſsimilis lernææ torquis echidnæ
Orbibus:implicitis pectora diua ferit.
Sæpe uelut ueri teneat ſimilamen amantis
Lactentem e ſtrophio decidit Ille ſinum.
Candida purpureo uelantur corpora peplo/
Et ferit exiguos inſtita longa pedes.
Comere ſeu placuit uentoſa Cyclade corpus/
Emicat/et nulli non decor eſt tunicæ.
Articulos mouet illa leues/tereteſq; lacertos:
Auroræ quales muſa meletis amat.
Vincula ſandalii baccata:pedeſq; faceti:
Quæ lepido mentes iuncta decore trahunt.
Cætera ſi dabitur laudare/ſuperbior omnī
Noſtra Chelis dulci ſurget in aſtra ſono.
Sed dabitur:non ſemper hyems borealibus horret
Flatibus:ornithiæ carbaſa noſtra ferent.
Interea conuiſe tui genialia ruris
Prædia:non ſine te Chloride flora uiret.

Nunc bona felici diffudit copia cornu
Diuitias: celebrat paſcua læta Pales.
Torrida iam ſpicis flauis grana incoquit æſtas:
Texuntur Cereri ſpicea ſerta deæ.
Dum calet æſtiuos ſub fronde eludere ſoles
Quam iuuat/et gelido fonte leuare ſitim.
Aut petere umbroſi nemoris non obuia luſtra:
Et canere ætherni dulcia furta Iouis.
Incinet hydriadum chorus ut memphitide uacca
Arſerit: et ſemelen uſſerit uſtus amans.
Tanta fluet dulci concordia nectaris ore
Vt digitum Nymphæ uocis in arte leuent.
Tu modo ſolue libens retinacula blanda morarum
Et dea cum paribus excole rura deis.
Annue/ſic media Pænus uagus erret in æde
Eluſus torto Phaſidis ore miſer.

Ad Siluiam alteram amicam de Fortunæ Iniquitate.

Ara uenit niueo mihi lux ſignanda lapillo/
Quam fauſto euentus perferat ipſe ſinu.
Spes dea ſed uultu fallit mea uota ſereno
Quæ nimio ſurgunt in mea corda rogo.
Deceptum tedet dulces me linquere flammas:
Pœnitet et tardas Siluia ferre moras.

Ae/heu Sythonio prius orbe tepeſcere credam:
Memnonio et tingi poſse colore niues:
Excelſæq; uagis undabunt piſcibus alpes:
Nullaq; atlantæi gurgitis unda fluet.
Heſperioq; nitens Phœbus conſurget ab axe:
Atq; pari Euphrates/Tigris et ore ruent.
Quam mihi ſollicito pax ſit genialis amore:
Quam dominæ uinclis libera colla feram.
Hi coniurato mouerunt fœdere bella
In caput:in mentem:cordaq; noſtra dei.
Quod mihi ſi dulci poſt tot tormenta quiete
Iucundo dentur gaudia pauca die:
Perdit amaricies quicquid dulcedinis affert
Riſus/et obtutus uel ſine uoce loquax.

Ad Cicadam ut a Cantu deſiſtat.

Ympha p̃cor uocalis abi Choraliſtria ruris:
n Delicium dominæ parua Cicada meæ.
Nõ miſeros tua plectra iuuãt:teretiſmata fatũ
Nec graue ſeruitium poſse leuare rear.
Non bene conueniunt cantus cum diſpare luctu:
Lydia nec phrygio tibia iuncta ſono.
Nil ego non patior:mea corripit oſsa Cupido:
Verſat et immiti ſpeſq; Venusq; rota.

Te molles uibrant auræ/Tu tecta ſub Imis
Frondibus ardoris fulmina ſæua fugis.
Nec recipit tua cruſta Iubar Plæbræaq; tela/
Frondibus/et Corii tegmine tuta canis.
Me gemini torrent æſtus/hyperionis alter/
Alter qui dominæ ſæuior ore uenit.
Veſca uides nimia mace mea corpora/mœſtus
Ora notat uiolæ tincta colore dolor.
Siue mea uigiles ſemper pro Pallade curæ
AEthernis urunt ſolicitudinibus.
Seu ferus inſtat amor ſupra caput:angit/et urget/
Noxq; mihi triſti triſtior ipſa die:
Et nunq̃ nobis ceſsant ſuſpiria ſemper
Cauſa ſubeſt noſtro quo ſedet ore dolor.
Cæde agedũ mihi Nympha precor/ſic triſtis acanthi
Vocali tractus experiare ſono.
Sic tu rhegino ducas ſub ſidere uitam:
Præſcripti pateat ſic tibi ripa uadi.
Et tua cum muſis ſic ſint certamina nota
Nec iaceant putri prælia tanta ſitu.
Sic tibi lutheolo titanis roret amictu
Coniugii ueteris aurea diua memor.

RADIIS CHLORIDIS VESPERVGI/
nem hebetatám fuiſse.

Eſper honorato luſtrabat uertice terras:
u Et rutilum ardenti flabat ab ore Iubar:
Me blandus mulcebat honor radiiq; micãtes:
Et decus et flammæ ſideris Idalii.
Accerſo dominæ Iubar/et ſtellantis Olympi
Chloridis oppono ſidera ſideribus.
Emicat et ſecum radianti uertice lumen:
Quo radiat ſuperum curia celſa trahit.
Abdidit obſcurus nocturna crepuſcula ueſper
Phœbæis cædens luciferi facibus.
Quod ſi mortalem cui cædunt aſtra putabunt
Sæcla/tuos Ignes inuida ſuſpiciant.
Quæ ſi ſuſpiciant/cineres nec pectora fient:
Iurem omneis ignes illa ualere pati.

De Puella dente Corylum Frangente.

Elices Coryli q̄bus aurea Chloris eburnas
f Impreſsit gemmas molliter ora premens.
Dulcia uos linguæ libaſtis ſauia dulcis:
Cinnameo licuit oris odore frui:
Cui ſaba/mollis arabs/cui balſama ditis idumes:
Et Paphiæ cædat ſocrus odora Deæ.
Aurata heſperidum ſuperatis poma ſororum:
Quæq; Venus cupido præbuit Hippomeni:

Hæc Venus: illa facit cura precioſa dearum.
  Sed Venere: heſperidis hæc dea nobilior.
Forte quod ambiguis uelantur Numina ſignis:
  Corda pati ſæuo noſtra in amore doces.
Ac ueluti primum falluntur cortice dentes:
  Mox cadit impreſſo uictus ab ore rigor.
Sic tua quæ ſilices: ſuperant quæ marmora corda
  Molliri aſſiduo poſſe tenore notas.
Præmia nec mihi ſunt anguſto nucleus orbe.
  Sed melior diua Chlori decens Venere.

Diræ in Ianuam occluſiſſimam.

Vid iuuat ingētē calido ſub pectore flāmam?
q Aligerumq; meo corde fouere deum?
Tela cupidineosq; arcus ceſtumq; Diones?
  Quo placuit Marti diua relicta ſuo
Si mea buſta terit: ſi ridet uulnera Chloris:
  Chloris amatori ſemper iniqua ſuo.
Non licet his oculis: qui me in fera fata tulerunt
  Ebibere exitii tetra uenena ſui?
Tetra uenena quidem. ſed quis iuuat uſq; perire:
  Mortem ego: quæ dominæ ſidere uenit: amo.
Vre: truces exerce faces dum fulgida detur
  Sidera languidulis cernere luminibus:

Cur nunquā́m domus iſta patet? riget inuia ſemper?
Cur nunquam noſtris flectitur icta modis?
Non lachrymis/non uoce/fide/pietate mouetur:
Tartareæq; uices faucis acerba gerit.
Cum ſibi floricomæ niteant mea uota coronæ:
Omnis et ad cultus ſeruiat herba ſuos.
Lilia/Narciſus/Coſtum/Roſa/Balſama/Sandix
Infertur poſti Ianua dura tuo.
Dulcia nec deſunt querulo cum carmine plectra
Mollior ut dulci ſit tuus ore rigor.
Surda iaces/nimis O gemitu foris horrida noſtro:
Nec tua conuerſo cardine ligna ſonant.
Cum caput albentes noſtrum infecere pruinæ:
Et dolet a duro marmore molle latus.
Sideraq; et gelidi teſtantur plauſtra Bootæ:
Et iactæ Boreæ flamine in ora niues.
Viuere me nihil in terra infelicius usquam:
Cui grauius fatum poſse perire negat.
Sed tibi dura nimis lachrymis fera Ianua noſtris
Fulmineæ quatiant ferrea clauſtra minæ.
Sic tua uilloſi conſumant robora uermes:
Sic pereas putri tabida facta ſitu:
Vt percuſsa leui pateant Themeſeïa ferræ
Pondera/cum bilem mouerit Ira/pede.

LAVS ALEXANDRI.CELEBRAT DIEM
Feſtã Diuo Iacobo dicatam/doletq́ ægro/
tantem Amicam.

u Enit Feſta dies Thuſcæ uenerabilis Vrbi:
Quã paruus niueis Rhenus inundat aq̃s.
Iam ſtata cæligenæ redierunt ſacra Iacobi:
Felſineos fauſto qui fouet usq́ ſinu.
Hunc colimus Lauro redimiti tempora uates:
Et canimus laudes ad pia plectra ſuas:
Quamuis poſseſso Venus impia uiſcera corde
Differat/et dirus pectora uerſet amor.
Hunc colimus tamen et noſttos comitamur euntes
Per fora/per plateas/per ſua templa deos.
Cultus Alexander tenero mihi puber ab æuo
Me uidet/et uatem multa dolere dolet.
Conſpicit interius mentes deus iſte clientum:
Nam tenero ſenium contigit ingenio.
Iactatis quid ſigna iuuat dare proſpera mappis?
Adſtantis plauſus tendere in aſtra chori?
Quid tuba profuerit celeres hortata quadrigas
Cum cæli ſonipes ocyor igne ruit?
Quem tranſiſse uides/nusq̃ tranſire:ſecuntur
Fulmineas alas alter et alter habens.
Cyllarus Oebalii domitus Pollucis habenis
Cædat/et æripedi pægaſe iuncte Thoæ.

Publica teſtatur geminatus gaudia plauſus:
Sclopus/et aſsiduo Roma citata ſono.
Me tamen angit amor/genium defrudat acerba:
Viſcera/corda/animum:depopulata Venus.
Ergo Pii lætus cernam ſolemnia ſacri
Et chara infauſtum Chlori cubile premet?
Non cernam.unanimi nil eſt ſine Chloride dulce.
Quamuis dura/mihi grata puella tamen.
Hæc cubat/et quamuis numero ſit cenſa dearum
Subiecit fato libera colla graui.
Alma tumeſcentem dominam lucina leuauit:
Defuit egerix nec pia dextra deæ.
Crudeles ſuperi mœſtas audiſse querelas
Vos Dryadum carpunt Naïadumq; chori:
In quibus illa ſolet lætas agitare choræas
Mollis ubi medio ſaltat amore Venus.
Crudelem ante alias/q̃uis ſoror audit et uxor:
Iunonem/ſummo uita dolore/uocat.
Quid pulchris inimica moram trahis effera Iuno?
Non fuit hæc ueſtri ſuccuba diua thori.
Non eſt hæc ſemele:Diroue Lycaone proles
Edita ad inſidias Iuno uerenda tuas.
Sed ſimplex:ſed caſta Iouis mendacia ridens:
Et Veneris ſemper feruida tela cauens.
Affer opem medicam:uoti damnare puellam
Incipe ſidereo læta ſupercilio.

Tunc Samon altiloquo/nataliaq; arua cothurno:
  Fratris et amplexus tibia noſtra canet:
Vtq; thoro fueris ſummi dignata tonantis:
  Imperiumq; polus ſenſerit ipſe tuum.
Numen adeſt/mea ſentit opem de carmine noſtro
  Chloris/et egeſtum libera cernit honus.
Prodit amor:ſuſtollit humo de ſemine cæli
  AEdita perpetuo pignora digna Ioue.
Tollit humo puerum puer. At dignoſcere cuiq̃
  Non licuit Veneris qui magis eſset amor.
Anxia quo mater ueri dum nutat amoris:
  Hunc ſubita fecit tranſitione deam.
Sed tibi ſed liceat uolucrum bona mater amorum
  Pignora ſub iuſsu uertere noſtra tuo.
Pelle ſitum dominæ/querulum rape fauſta dolorem:
  Luceat et gemina lampade noſtra Venus.
Ac ueluti obſcuro nebularum tectus amictu
  Fulgurat expulſo clarior hymbre polus.
Sic omni melior curarum nube fugata
  Ardenti radiet Chloris amœna face.
Emicet:iſta ſuis fato ſibi debita plectens
  Lumina quis phœnix non nouus usq; premor.
Quis perii:iuuit periiſse:quid inuide mortem
  Qua melior uiuo proſperiorq; uocas?

II

VENEREM ROGAT VT LANGVENTI Chloridi ſanitatē reddat obiterqꝫ Cæſenæ Laus.

Vid mirare Pium ſi terra externa recepit?
q Terra ſubalpinis grata cacuminibus.
Quā Bacchus:fæcūda Ceres:facūda Mineruа
Incolit:et dulci doctus Apollo lyra.
Inclyta Cæſene montano uertice cincta
Præfertur propriis Felſina culta bonis.
Non amor/aut pietas patriæ mihi:cura parentum
Nulla/leuat curas quæ mihi terra/placet.
Tu mihi ſolus amor patriæ:tu ſola parentes
Chloris uirginei fama ſuperba Chori.
Mœſta iaces/abdisqꝫ tuos:mea numina:uultus/
Quis ſine deſerta uiuere in urbe pudet.
Viuam ego?lætabor?cernet mea gaudia uulgus?
Chloris et in lachrymis fata ſiniſtra gemet?
Viuere nec ſine te:ſine te gaudere negatum.
Nolle dedit nobis/uelleqꝫ Phœbus idem.
Sed Venus affectam tandem miſerata puellam
Languida cum Myrto pectora tange tua.
Eſt dea:non liceat ſuperos Cytheræa dolere.
Altior humanis ſit dea tanta malis.
Iam niteat radietqꝫ / meas populata medullas:
Ardeat et ſolita mundus uterqꝫ face.

Spicula quis Veneris:quis tela Cupidinis horret?
Chloride ſi in triſti languet uterq; deus.

Ad Ludouicum Geſilardum Bononien. de
Chloride a Morbo reuocata.

q Valis ubi uiuax renouatus inertibus annis
Ceruus It a tracto naribus angue ſpecu.
Cũ poſitis nouus exuuiis/poſitaq; ſenecta
Emicat/ et uiuum fundit ab ore decus.
Qualis Apollineos phœnix Iuuenilior æſtus
Egreſsus rutilum ſumpſit ab igne Iubar.
Talis amatorem meliori Chloris honore
Percutit/et ſolito fulgurat illa magis.
Si quid erat mortale deæ ceſsiſse fatemur.
Hoc color:hoc rutilo ſpondet in ore nitor.
Spondet in ore nitor roſeo collatus Eoo
Cum dea puniceum prouocat orta diem.
Spondet amor qui ſerta ligans/qui ſpicula tergens
Sidereis habitat cum genetrice oculis.
Vix radios:uix ferre iubar mortalia poſsunt
Lumina non tanto digna calore premi.
Noſtra ſed ante ſuos titubantia lumina uultus
Cernis/et immodico corda uapore rapi.
Vidiſti Lytauice meæ rutilantia diuæ

Sidera cum roſeo perculit ore Pium.
Additur his geniale decus riſusq; uenuſti
Gratia/quo terras:quo mare:et aſtra domat.
Vidiſti O Silices et ſaxea pectora/nec te
Idalius uolucri perculit ære Puer?
Non ego ſocratica primum te metiar arce:
Nec tibi Zenonis gloria frontis erit.
Si Venerem ueneriſq; deum tua pectora temnunt:
Nec rigidum potuit flectere diua uirum:
Exanimem potius/potius ſine pectore dicam.
Affectuq; rear corda carere tua.
An mihi cum miſero toto nitet æthere Chloris
Liber ab ætherio fulmine amice redis?
Quod tibi ſi rutilo Phœbi micet ore Puella:
Afflet et ardenti ſaxea corda face
Quam mea non unq̃ temnes ſuſpiria q̃ me
Fatorum referes turbine ſæpe rapi.
Tunc me non humili deducere carmina Socco:
Traduceſq; meæ triſtia plectra lyræ.
Præbet amor uires in carmine dexter/at aufert
Dirus/et hoſtili cum trahit oſsa rota.
Non mihi muſa dabit lugubri in murmure lætum
Carmen/et Aoniæ dulcia fila Chelis.
Non erato lachrymiſq; Clari deus adſtat obortis:
Gaudia/Vina/iocos diligit ille Chorus.

Quod mihi ſi læto Venus aurea riſerit ore.
Non uincet noſtros Pythius ipſe modos.

Hortatur Populum Bononienſem ut in hoſtes Hiſpanos unanimiter inſurgat.

Ella ferus mauors/bellũ meditatur Enyo:
b Omniaq; iratis uocibus aſtra tremunt.
Docta nec aſsueto ꝑdit mea Felſina cultu
Vt prius in tyrio conſpicienda ſinu.
Sed tantũ arma arma arma meas deſcẽdit in aures:
Et teres accenſo machina pulſa nitro.
Fit reus hiſpanus temerati fœderis hoſtis:
Et patriæ fallax ore cietur Iber.
Vnus et e populo Pius induit arma furenti:
Magnaq; Quercenti concipit auſa duce.
Scilicet eſt aliquid patriam tutarier ipſam:
Et dominos certa demeruiſse fide.
Quid dominos? patriæ patres/ſanctumq; Senatum:
Cui cadet hoſtilis uictima ſtratus Iber.
Magna loquor/mihi magnifico tamen excutit arma
Chloris et aſsuetis ignibus oſsa coquit.
Parce per aligeri mea Chlori cupidinis arcus:
Mitius et radiis pectora cede tuis.
His oculis nil obſtat atrox lorica trilici
Tegmine/peruadit intima in oſsa calor

II

Sed iuuat (heu miſeram ſortem) iuuat aurea Chloris
 Dum liceat pro te poſse perire:mori.
Si tibi non morior:ſed adhuc miſeraris amantem:
 Et mihi non tota lampade uita micas:
Redde animũ patriæ quẽ nunc Venus alterá uoui:
 Nec mea candenti pectore corda preme.
Corda meo deuota duci Patriæq; parenti:
 Quo bene per maleam ſidere puppis eat.
Audendum eſt:res ipſa uocat:furor induit arma
 Publicus et geminos Mars quatit acer equos.
Panicus hoſtiles peruaſit terror in agros:
 Nec proprio iam ſe Felſina iure tenet.
Præda uocat:pudor inuitat peruadere fines
 Infidæ toties limitis æmyliæ.
Arma rape florens Patria et uenientibus offer
 Inuictum ſubito Marte fauente pedem.
Hentius hoc ſuadet disiectaq; caſtra Phillippi
 Cum uiſo populi Vermius ore ruit.
Sed quid ego antiquas laurus ueteresq; triumphos
 Eloquor?haud umq̃ Felſina Marte cadit
Cum ſimul unanimi conſpirat in arma fauore:
 Hoſticaq; aſsenſu prodit in auſa ſuo.
Iam tuba:iam litui reſonent uictoria noſtra eſt.
 Vix ſaluis timeam ſidera Iuliadis.

TVTATVR CHLORIDEM A CALVMNIA

Oc aliı̄ de te credant quod ſeua ſuperbo
h Lumina fers nimium uita ſupercilio:
Quod tetrici uiuāt tetrico ſub pectore mores:
Ruſticitas quod ſit Chlori Sabina tibi.
Quod crūdelis:atrox immitis:acerba:maligna:
Vipereumq; tuo uirus ab ore fluit.
Quodq; ſimul bellam faciem ſale conficis atro:
Semper et anguineo regnat in ore Bion.
Hoc ego nec magicis fateor renouatus ahenis
Iudiciiq; ſedens ſanus in arce paris.
Lumina fers miti radiantia lāmpade Chloris
Qualia non paphiæ ſidera bina deæ.
Candida ſimplicitas candenti in pectore uiuit:
Atticus et roſeo garrit in ore lepor.
Comis:amans:facilis:ſuauiſsima:candida:ſcita:
Linguaq; cinnameum fundit amœna melos.
Pulchraq; candidulo ſale fit pulcherrima frontis
Gratia/et ambroſio gutture mella fluunt.
Gutture:torrenti mea quo mea lampade flagrant
Pectora:qua ſemper uana pyra uſta premar.

Solatur Amicam ex obitu Aui lugubrem.

Valis ad Hectoreū ſedit miſeranda ſepulchrū
q Coniugis Andromache triſtia fata gemens.

Qualis ad hercæas gemuit ſtratum Vxor ad arás
 Ciſseis Troiæ ſola ſuperſtes herum.
Qualis ad abſumptum per tela paterna Learchum
 Deficuit lachrymis ſaucia facta parens.
Qualis ad Aonium plexit ſoror ubera fratrem:
 Qualis et ad ſtratum iuncta pelaſga uirum:
Talis auum pia Chlori gemis/pia Chlori retundis
 Pectora/et inſana tendis in ora manu.
Nil niſi ſingultus:lachrymæ:dolor:atria complent:
 Adiuuat et gemitus mater et ipſe parens.
Nulla tamen grauius reſonant ſuſpiria:q̄ quæ
 Fundis:et immiti ſidera uoce feris.
At Venus et tecum puer aureus ille Cupido
 Ambroſias ſcindunt ungue furente genas.
Gratia depoſito prodit lachrymoſa decore:
 Adiuuat et gemitus ſuada decora tuos.
Hic pharetræ:hic pueri diſiecta ueruta uolucris:
 Hic Veneris ſquallent et ſine luce faces.
Qualia cycnæo fundit pia Chloris ab ore
 Verba/ſed æthernos apta mouere deos.
Talia populeo reſidens in ſtipite progne:
 Tale ſedens ſcopulo non acalantis epos.
Talia nec dulci geminat Mæandrius ore
 Vicinæ gaudens tempora mortis olor.
Ingemit/et ſecum fratres/ſoror/anxia mater/
 Et parilem ſcænam grex patruelis agit.

Sed lachrymas mea pone Venus:depone querelas:
Lumina nec fletu confice diua tuo.
Lumina/quis radios ſumit crinitus Apollo
Vt geminum proprio fundat ab orbe Iubar.
Nubila et æthernam minitantur lumina noctem
Hæc tua ni radiis ſidera Phœbe iuuent.
Sed te per charitas.ſed te per tela uolucris
Præpetis:irriguis parce puella genis.
Indue cenſoris faciem:ſolare parentes:
Quos amor et tepido conficit hymbre dolor.
Vixit auus/firmisq; annos ſuperauit aniles
Viribus/et iuuenis robore:mente ſenex.
Non caluit riguitue gelu:morboq; promethei
Mœruit incertas ſe tolerare uices.
Sedit honorato Dominorum primus in orbe:
Magnificum ſplendor fecit equeſtris auum.
Iura tribunatus pubenti fulſit in æuo:
Clauus honorato defuit ipſe uiro.
Maius erat uirtutis opus ſpreuiſse curule
Quam maleam et ſyrtes ingrederetur ebur.
Noluit undiſono committere lintea ponto:
Tutius O quanto littora Cymba ſecat.
Dignus erat uitam patrio traducere cenſu:
Dignus et intrepida poſse quiete frui.
Non tentanda monet ſublimia Dædalis ales:
Natus et Icarii crimen honorq; maris.

At uixit/natos natorum/pignora cernens
  Dotibus ingenii nobilitata ſui.
Sed te præcipue: quam Cypris iuncta Mineruæ
  Cingit: et Idalio gratia nexa Choro.

DELIQVIVM NON SOLIS AVT Lunæ fuiſſe. Sed Chloridis ocellos nõ more ſolito radiantes.

E mirere nouũ Chaos inclyta Felſina Solis
n Qđ cæcam nullo ſidere luſtrat humum.
Nec micat et ſolita mũdũ cũ lãpade ueſtit:
Nec radiis mulcet pectora noſtra ſuis.
Non hoc non Lunæ faciunt Phœbiq; labores:
  Terra nec oppoſita ueſte colorat humum.
Haud nitet ut ſolita eſt: ſolita non lampade Chloris
  Fulgurat: et ſolitas fundit in aſtra faces.
Olim uanus ego formæ ſpectator honeſtæ
  Cum ſua contuleram ſidera ſideribus.
At nunc hagniades/uero nunc nomine chalcas
  Dicor Apollineis æqua referre ſonis.
O utinam falſus uates mendaxq; fuiſſem:
  Exemplo prodor uerus Apollo meo.
Si minus iſta micent/minus et detorrear/aſtra:
  Ardoriſq; mei parua fauilla foret.

Nunc caleo. noſtri ſed magna hæc cauſa uaporis
Maiora ætheriis lumina luminibus:
Irradient ſaltem/ ſolitoq; nitore coruſcent:
Nec meſto tenebras contrahat hymbre polus.
Malo ego ſoligenæ phœnicis fata ſubire
Quam clytie cupido lumine caſsa mori.
Spondet amor rutilo morienti Chloridis igne
Elyſiæq; Venus arua beata plagæ.
Ver ubi perpetuum: uerniq; teporis honores:
Perpetuas caſias/ perpetuamq; roſam.
Et uolucrũ blandos comites: blandũ agmen amorũ:
Cumq; ſuis heben: Chlorida cumq; Choris.

Per Pythagoricum diuinandi genus/ explorat numquid ametur a Chloride/ Ad Helleũ.

q Vi numeros Hellæ tenes: quibus arrabis ora
Vritur/ et paruo quos notat orbe manus.
Scinde: trahe: et uario diſtantia puluere ſigna
Collige: nec docta deſit in arte modus.
Diſpice num parili caleat mea diua uapore:
Mutuus an memori corde perenet amor.
An tepet/ et noſtros ſecum trahit improbus Ignes
Pœnus/ et eſse meam non ſinit ille deam.
O mea uos potius Tityi/ miſeriq; promethei
Scindite aues multa pectora nuda fame.

Quam dominam alterius uideam geſtire lacertis:
Garrulaq; herenti murmura ferre gena.
Dulciaq; oppoſitis dulci compage labellis
Oſcula cum lingua dulce loquente dare.
Oſcula quæ ſuperi cupiant maneſq; profundi:
Oſcula per ſyrtes:per mare digna peti.
Oſcula per cædem et facinus:per fata paranda
Propria:per proprium ſanguen emenda mihi.
Neſcio quid præſaga mali mens augurat:hæres
Et dubitas ſceuum uelle referre nefas.
Non calet(ut reor)et ſolito mea Chloris amore
Vritur:ultores nec putat eſse deos.
Poſt caput eſt ultor uemens deus impia Chloris:
Iratæ Veneris numina læſa time.
Nubila ego atq; euros uenor:ſuſpiria noſtra:
Et gemitus noſtros flabra proterua ferunt.
Iam Venerem:et ueneris ſua ſceptra potentia natum
Ridiculi credam numinis eſse loco
Cum mea ab ætnæis uideam populata fauillis
Nec dominæ minima corda calere face.

Quemadmodum ſomno correptus ſit pulſis
Amore et Venere.

Vm mea ſollicitã mulcent cõuiuia mentẽ:
Et nouus appetitur finis amoris Amor.

Sacra propinabat roſeis carcheſia labris
  Cypris uti gemino creſceret igne calor.
Ecce tibi bibitur cupidis mea cura labellis:
  Vis animi/mentis/conſiliiq; tenor.
Illa tamen ſatagit creti ſuperaddere chium
  Quæq; ſerapteno muſta liquata lacu.
Dum curas iugulare mero/ſepelire dolorem
  Nitor/et expetitur per data uina ſopor
Fortunam tum nata Venus contecta falerno
  Continuo in miſerum tranſilit illa Iecur.
Tranſilit:et penite heu magis hac magis urere flãma
  Corda parans animum conficit igne meum.
Ictus acidalio uemens mea membra calore
  Nec mora me ſtrato proprio ſtibade.
Marcida cinnameis ceciderunt ſerta capillis:
  Serta coronatæ munus achantis erant.
Serta leuo:fugioq; ſimul/fugiensq; uolucrem
  Conſpicor in foliis delituiſse deum:
Illis in foliis:roſeum quæ nacta cruorem
  Cum Paphie Martem ſaucia fugit aprum.
Iniicio mea uincla deo:uolat incitus ille:
  Et potuit uolucri me ſuperare fuga.
Ipſe metu/uotoq; celer/leuis/anxius inſto:
  Mancipiumq; dedit pinnula prehenſa deum.
Ille preces parat/et fraudes mihi tendit inaneis.
  Blanditias:riſus/oſcula/nequitias.

In Cyăthum his ſpretis/miſta et florente corolla
  Applauſo bibimus nigra falerna deo.
Vrget:adeſt ueſanus:atrox in corda receptus:
  Sceptrifer et noſtro pectore regnat amor.
Et quoniam panli nequeunt fera iure teneri
  Regna:Venus pulſo quærit amore locum.
Is matrem male ſanus agit:Venus anxia amorem:
  Hic pharetra:hæc facibus uindicat imperium.
Dum Paphien exturbat amor:Cytheræis amorem
  Iniecit pulſo ſomnus utroq; manum.

Pharmaceutria.inuocat manes ad pelliciendam AMICAM.

Roh ſtygis horrēdæ bonus arbiter æace queſtus:
p Et noſtras Minos percipe iuſte preces.
  Tela paret tener ille deus præpeſq; Cupido:
  Remigioq; uagam ſedulus addat opem.
Sis Comes et ſocio moueas ueſtigia paſsu
  Morphee:qui ſceptrum nocte ſilente geris.
Anxia tu miti deflectis lumina ſomno:
  Irriguo et fallax corda ſopore foues.
Tu potes oblitam reuocare ad priſtina mentem
  Gaudia:tu curis ſollicitare Iecur.
Induis abſentis faciem gemebundus amantis:
  Mollibus et lachrymis ferrea corda moues.

Interdum genibus nixus: proſtratus adoras:
  Supplicus nec abeſt humida gutta preci.
Brachia circumfers: et panda murmura dextra
  Officium tenebra non prohibente cies.
Per lachrymas: per acerba deam tormenta precaris:
  Nec pudet in niueo figere labra pede.
I precor ad dominam uanumqꝫ effinge clientem:
  Lenior ut miſero ſit mihi ſopne roga:
Si noſtrum nulla neſcis ſub imagine corpus
  Induere: obſcuram formet imago necem.
Hanc dolor et querulo ſuſpiria ſtridula luctu:
  Et gemino cingat qui fluit orbe liquor.
Quin tua: ſi ſuperos mortalia carmina flectunt:
  Spicula de pharetra cuncta Cupido trahe.
Prome faces: Ceſtumqꝫ roga laqueoſqꝫ parentis:
  Non tua in algentem Chlorida tela ſatis.
Chlorida: cuius habent rhiphæum pectora frigus:
  Frigus hyperboreum Sythoniaſqꝫ niues.
Sed rapidi ardentes ignes: ardentia ocelli
  Fulmina cum radiis Phœbe coruſce tuis.

In Boream qui horrentibus Flabris Chloridem cohibebat.

Rigus hyperboreo rigidum ſpirauit ab axe
f Sythonio uexans corpora noſtra gelu.

Terra coit: prono dependet ab Imbrice dura
Stiria: nec uinis horrida parcit hyems:
Dum meat/et rapidus præterfluit inclyta Rhenus
Mœnia: marmorei tegminis ora trahit.
Quin mihi dum Veneri laſciua poemata noſtræ
Pango: coit rigido ſepia preſsa gelu:
Nec licet affecti ſuſpiria triſtia cordis
Pandere: ſed clauſum ſtrangulat acer amor.
Blanda uices linguæ præſtat mihi pagina: tollas
Carmina: perpetuo funere mutus ero.
Dux Erato linguæ: calido præcordia uerſu
Saxea: et oppoſito marmore rumpit amor.
Ille deam mollis frangit modulamine linguæ:
Adiuuat et uolucris ſpicula muſa dei.
Hic mihi pro forti ſatis eſt deus Ariete: frangis
Marmora arundinibus blande Cupido tuis.
Tu tamen ambroſii ſocors contemptor amoris
Trux Aquilo Scyticas expuis ore niues.
Quis mea non audet medii gelidiſsima Iani
Marmora marmoreo Chloris obire pede.
Erramus: noſtrum ſidus: conſueta morantes
Lumina: ſed uanum uerſat amator Iter.
Tu damni: tu cauſa moræ: roſea iſta labella
Vris: et horrenti lactea membra gelu.
Quid furis aligeroſq; uocas in prælia fratres?
In uolucrem pennis quid iuuat ire deum?

Num uentos emollit amor? borealia flabra
Deſpicit? et rigidas temperat igne minas?
Num Venerem expertus/blandiq; cupidinis æſtus?
Qui rigidas cogunt ſæpe calere niues.
Omne trahas quamuis tecum in certamina frigus
Leniet Idalius frigora cuncta uapor.
Non nouus iſta ſubis Boreas diſcrimina blandi
Ignis: habet flammas attica terra tuas.
Te caluiſse ferunt eumolpidos orythiæ
Fulmine/nec ſæuis obſtrepuiſse minis.
Tunc tibi fauit amor: blandis Venus aurea furtis
Affuit et nudo gratia iuncta Choro.
Tunc te non puduit blandas adhibere querelas
Et placido dominam flectere ſeruitio.
Mollis ades/leniſq; ueni/rogat: inſtat amanti
Alter amans/diras mitte proterue minas.
Flatibus acta tuis genitabilis aura fauoni
Stringitur/et rigido ſternitur hoſte tepor.
Aura ueni: dominamq; uoca cephaleïas aura:
Puniceaſq; Cie flaminis igne roſas.
Tu Thyma: tu Rorem: Violas: Meliloton: Amomū:
Prouoca: et halantes per iuga ſumma Chores.
Digna Roſas comitare Venus mea: digna calore
Vernanti: Floram florea Chloris amat.

CHLORIDEM INDVISSE COCCINEAM
Veſtem canit ut illi duplicaret Ignes.

II

Dde faces i corda nouas mea:fulmina:flāmas
a Addiice:et accenſum Chloris in ore Iubar.
Non prius ardenteis potui tolerare calores
Tantus ab ætherio fluxerat ore decor.
Hos licet obſcura tegeret ferrugine bombyx:
Coaq; Pamphylia ueſtis ab arte decens.
Tu noua:tu ſemper meditaris uulnera/Coccum:
Purpureoſq; geris Chloris iniqua ſinus
Acrius ut penetret me fax tua:ut acrius ignis.
In fatumq; uenis ingenioſa meum.
Confiteor uidi ut/perii: Geſilardus et ipſe
Hauſit acidalias corde rigente faces.
Sint licet huic rigidi circum præcordia uenæ
Marmoris/et caſto ſeruiat uſq; thoro:
Sit licet aduerſus Veneri/Venerisq; ſagittis
Legitimo ſubdat ni Domitilla iugo:
Purpurei/roſeiq; ſinus/uultusq; niualis
Fulgura/per preceps pectus amantis agunt.
Adiuuat ignis edax ætnæos fortiter æſtus
Et duplici uexat corda peruſta rogo
Sic ego:qui flammis ſupereſse prioribus auſim
Nequidquam:gemino comprimor igne miſer.
Illa tamen ſurda gemitus auertitur aure:
Nec læto blandas excipit ore preces.
Emicat/inq; dies magis ac magis enitet:extat:
Sit minus ut uitæ ſpes mihi certa meæ.

LAVS CHLORIDIS.

RA TIBI SVADAE: VENERIS DE⸗
cor: æquaq; uernis
CORPORA COLLICVLIS; Calliopæ alloquium. (uæ:
Mẽs Themidis: Tethidisq; pedes: manus apta miner⸗
Quattuor et Charites ſunt tibi: amor geminus.
Sidera habent oculi: quos cum mihi dirigis: aſtris
Aſtra carent: ſuperi ſunt ſine luce Poli.
Et uolucrem ſpolias flagranti lampade amorem:
Et ſpolias propriis Cyprida tum facibus.
Ex iſtis oculis iſtis ſua lumina Titan:
Tela parat Cypris: lampadas acer amor.

DE EADEM.

Sũt geminæ Veneres: Dena ẽ quoq; muſa: quaternæ
Sunt Charites: Chloris: Muſa: Charis: Paphie.

DE EADEM.

LVMINa habes Iunonia: par manus ipſa Mineruæ:
Auricomæ Veneri mamma: pedes Tethidi:
Felix te aſpiciens quisquis: fauſtiſsimus: audit:
Semideus te amans: qui fruitur Deus eſt.

III

ELEGIDION
LIB.III.
LAVS VIRGINIS MARIAE.

IDEREI REGINA POLI DAVI-
ſ tica Proles:
ET GENETRIX SVMMI : FILIA
ſola:patris.
Quam uagus aſtrigero decorat diademate Titan:
Et redimunt chlamydem ſidera clara tuam.
Cornibus ætheriosq; pedes Titania Phœbe
Suſtinet/et radiis creſcit honora tuis.
Cui genii:ſacriq; Chori per mutua parent:
Ambit et ætheriam quiſquis amare deam.
Te matutinis gaudens Philomella querelis
Laudat/et harmonico concinit ore deam.
Comprobat omne nemus dulces modulatibus orſus:
Succinit et plectris plumeus ordo ſuis.
Te Mare:te Venti:te lurida tartara laudant:
Terra quoq; altrici Cæſariata coma.
Solus amans reticet Pius.et ſua carmina diuæ
Solus idumææ denegat ille miſer.
Chlorida pierio gaudens extollere uerſu:
Vnde cinis factus qui modo flamma fuit.
Eia age mortalem ſatis eſt coluiſse puellam:
Nunc mea ab Empyrio plectra canore ſonent.

Felſina nunc celſo Mariam de uertice portat:
Et tremit innumeris terra polusq; ſonis.
Nullus abeſt nec abeſse licet:linguisq; fauere:
Sed pia concordes agmina dant modulos.
Innupti primum Pueri:Innuptæq; Puellæ
Diſpoſito greſsu per iuga ſumma uolant.
His chlamys angelico trahitur de more niualis:
Et tremit ex humeris ala ſuperba ſuis.
Talis ab æthereo Gabriel defluxit Olympo
Apportans ueri iuſsa tremenda Iouis.
Protinus Auguſtus ſequitur ueſtigia princeps:
Cuius honorato pectore Neſtor ineſt:
Et Numa Traianusq; ſacer:Marcusq; Seuerus:
Et quoſcunq; Pius uexit in aſtra decor.
Digna patrem patriæ poſt lato cura clauo
Proſequitur tardo turba uerenda pede.
Hinc equitum ſublimis apex populusq; puellæq;:
In quibus una ſonat uox domina alma faue.
Alma faue Marie/ſic te omnia ſæcula iactent
Virgineo æthereum uentre tuliſse Patrem.
Cernis ut ardenti findatur ſidere tellus:
Supplicet ut pluuio ceſpes et herba Ioui.
Optati ueniant hymbres/ſaturentq; liquore
Fæcundo exuſtam ſidere mater humum.
Nec tua manalis ſuperet rogo numina cautes:
Sed ſubita manet nymbus/et hymber ope.

In mánibus patet eſse tuis elementa mouere:
Aſtraq; ſub nutu ſtantq; labantq; tuo.
Hoc unum mea diua rogat/mea candida Chloris
Prociduo ſcandens in tua templa genu.
Neſcio quid fixis in te ſuſpirat ocellis:
Neſcio quid lingua forma tacente rogat.
Indus achemenio crines non comit odore:
Nec caput ornatum murina pellis obit.
Protegit obſcurus radiantia tempora bombix:
Et nigræ ueſtes candida membra tegunt.
Sic tamen illa micat/ſolitoq; nitentior extat:
Et duplices agitat noſtra per ora faces.
Qualis erythræis adamas collectus harenis
Nocte magis niueum fundit ab ore Iubar.
Talis in obſcuro radiat mea Chloris amictu
Et lucem dominæ ſumit ab igne chlamis.
Fulgurat/et ſupra mortalia lumina ſplendet:
Nullus et ignifluis tutus abit facibus.
Corripimur miſeri:nec mens nec corpora conſtant.
Cuncta ſed in præceps torrida flamma rapit.
Vrit atrox q̃uis nollet ſua fulmina quem q̃
Vrere perpetuos digna ferire deos.
Ac uelut in pelago calamum torpedo reuincit:
Poſt hominis gelidas torquet arundo manus:
Sic poſt proſtrati uictricia prælia cæli
Corpora noſtra ſimul flamma ſecunda trahit.

Tu dea:tu cæli Regina:Stygisq; tremendæ
  Vna ſalus:nautis portus et aura faue.
Tolle dei Genetrix noſtras de pectore flammas:
  Et liceat menti ſcandere in aſtra meæ.
Si modo diuinis ſimulachra coloribus olim
  Cæleſti Lucas non ſine pinxit ope.
Noſtra uides Scyllam:maleam:ſubiiſse Charybdim
  Tranſtra:nec auxilio falſus adheret amor.
Tu noſtræ tutela rati:Tu noſtra ſecunda
  Flamina:Tu ſidus:ſpes:amor:ardor eris.

De Puella frontis margines Vitta tegente.

Lauſus amor:Venus alma tua gemit abdita uitta:
c Quid tegis ingenuas Chlori decora genas?
  Fulmina mille premis fatis mihi debita iniquis:
  Et duo cum telis aſtra coruſca ſuis.
Fronte ſub hac pharetratus amor:Venus ipſa ſolebāt
  Ducere lætantes:et Charis ipſa Choros.
exercē Nunc uires exerce tuas uegetabilis aura.
  Flammea flaminibus ſæua repelle tuis.
Vt totum pateat nobis ebur/aſtra:ſereni
  Fulmina:quæ quatiunt pectora noſtra:poli.
Per Venerisq; faces:puerıq; uolatilis arcus:
  Perq; tuum iuro numina noſtra decus

His ſine luminibus ſol nubilus:arduus æther
Non micat:et ſolita ſidera luce carent.
Nil feſtum/nil dulce iuuat:ſua gratia rebus
Deficit:et cæcum mens timet ægra Chaos.
Quod noua ſi pietas tua ferrea pectora mouit:
Pallor et exanguis funereusq; color:
Credis et accenſo properari funus ab ore
Vnde meum uexent fulmina miſsa Iecur
Hinc tegis ut ualeam rapido ſupereſse calori
Sidereos oculos ſidereasq; genas
Falleris.iſta iuuant ægros incendia ocellos:
Vitaq; ſideribus ſtat mea fulta tuis.
Ac uelut auricomos Clytie ſectata calores
Vritur/et uitam ſolis ab ore trahit.
Vt uiget aſpectu Lunæ/radiisq; refecta
Surgit odoratis uerſilis herba iugis.
Corpora ſollicito mea ſic tenuata dolore
Viribus inſurgunt lumine tacta nouis.
Iampridem uigiles curæ/ lachrymæq; perenes:
Et dolor et miſero quicquid in igne premit
Hanc expunxiſsent animam:Tu cauſa ſalutis
Pupula:tu medicas porrigis una manus.
Nubila ridenti mea ſidere diſcutis una:
Vna beas riſu pectora mœſta tuo.
Cum me quæ nunq̃ deceptos linquit amantes
Liquerit ambiguo ſpes dea uana pedes.

Sola tenax fidei/medicamina ſola miniſtras:
AEgraq; Pæonio corda liquore leuas.
Si mortem: tormenta paro: ſi leucada: Pœni
Pocula mortifero frigore tincta ducis.
Occurris luſtrans medico mea lumine membra:
Et reparas uiſu languida corda tuo.
Vre: faces uesanus amor tibi uentilet: ure
Vnica ſi rapido ſtat mihi in igne ſalus.

Ad Chloridem Chloridiſq; Comites tripudiantes.

Vrginei pia turba Chori Nymphæq; decoræ:
u Quas lyra/quas cãtus/plectraq; blãda iuuãt.
Quas latus unanimo cõponere p̄ſtat amãti:
Et lyrica doctos arte mouere pedes.
Excipite O nymphæ ueſtro mea corpora cætu
Languida: quæ telis: quæ face torquet amor.
Ecquid iō auditis Nynphæ ſuſpiria mœſti
Cordis: et e uultu fulgura miſsa meo.
Non licet/obducto perſona prodeo uultu:
Illa notas animi pallidaq; ora tegit.
Reddite iō Nymphæ mea numina/uane moraris
Et reti nes laſsos trux citharæde pedes.
Noſtra Venus lætis nobis arriſit ocellis:
Annuit et feſto diua ſupercilio:

III

Sim licet obductus peregrino:Chloris:amictu
Nouit amatorem non minus ipſa ſuum.
Milibus in multis pellacem noſcit Vlyxem:
Quam niueus ledæ ſemine gignit olor.
Tandem in diuerſum finita turbidus Ode
Grex ruit/et cathedras laſſulus ordo premit.
Surgimus et dominam de morte ambimus amantes
Ac iuuat inflexo flectere corda pede.
Iunge manum pia Chlori tuam.ſedabit amantis
Vulnera:nec ſolitus pectora carpet amor.
O nunq̃ ſperata manus:cui Iuppiter aurum
Fiat olor:Satyrus:Delia:Flamma:Draco.
O nunq̃ ſperata manus:tibi luthea cædit
Diua:uerecundo quæ uehit ore diem.
Sythoniæq; niues/Criſtalla/Cayſtrius ales:
Lilia/ebur:peſti gloria magna roſæ.
Quantus odor/quantum diuino nectare fragras:
Quantus in ambroſio miſtus odore nitor.
Vix meus incedo:nec pes nec pectora conſtant:
Sed trahit in præceps feruida corda manus.
Parcite qui funem lætantis ducitis orbis
Incerto titubant ſi mea membra pede.
Non lyra mellito ueſtigia temperat ictu.
Sed manus et lumen/lumina blanda tenent.
Lumina quæ flammas:incendia:fulmina torquent:
Lumina ſidereos urere digna deos.

Pectora:colla:niues referunt:gelidaſq; pruinas:
Ludit et in niueo flaua nitore Coma.
Tota decet:te tota refert Venus aurea Chloris:
Et nimium Phœbi ſumit ab orbe Iubar.
Si minus irrutilet mortalia lumina poſsent
AEtherno ſemper munere noſtra frui.
Nunc uideor dominam uidiſse nec annuo uiſis:
Subtrahit et lampas lampada:et albor ebur.

Tactu cubiti ſe ad amorem Chloridis inuitatum AIT.

Vãtus inaurato flãmas uomit aureus orbe
q Cũ parat æthiopũ Phœbus inire thoros.
Tãta decens roſeo chloris mihi fulgurat ore:
Luminibusq; petit lumina noſtra ſuis.
O;qualis niueo fulſit bona gratia uultu:
Gratia tartareas apta mouere fores.
Arriſit roſeisq; dedit bona ſigna labellis:
Blandaq; purpureo riſit in ore Venus.
Talia odorati rubicunda roſaria peſti
Coccineum niueo cum Iubar ungue premunt.
Additur his cubiti dulcis uertigine tactus:
Qui tetricæ poſset fallere lumen anus.
O cubiti dulcis dulciſsima uerbera:ſurgunt
Mortua de tactu pectora noſtra tuo.

Corda tuos ictus ægris præmortua curis
 Senſerunt plagis uiuida facta tuis.
Sis fera: ſis triſti circumlita felle deinceps
 Dum tale æthereo me beet igne decus:
Tu licet ætnæis uras præcordia flammis:
 Et ſcindas manibus pectora noſtra tuis.
Corda trahas flamma/face/ſulphure: cuſpide turbes
 Si libeat duro tundere colla pede:
Et cineres uexare meos: uexare bidental:
 AEthernus riſus huius amator ero.

Fatetur nullis iniquitatibus dominæ mutaturum ſeruitium.

Valis orix/elephasue canem mirat: adorat
 Syrion/et rutilum ſternitur ante Iubar.
Qualis ubi caſiis/et amomi fulta liquore
 Vnica cit plauſo pectore ſidus auis.
Talis ad optatam lachrymis et ſupplice dextrá
 Chlorida ſucciduis procubui genibus
Aſtrigero eliciens precibus meá numina Olympo:
 Nec querulo argutus defuit ore lepor.
Hæſit ut algenti factum de marmore corpus:
 Nec lachrymis flexit ferrea corda meis.
Dura quid in miſeri moliris funera Chloris?
 Quid meſses uris Chlori proterua tuas?

Hæc thyma decerpit: Narciſum diripit illa:
Diligit hæc rores: hæc meliloton amat.
Hanc thymbræus odor: caſiæ iuuat halitus illam:
Hanc uiolæ: hanc calatho lilia tecta breui.
Et crocus antiqui referens cognomen amantis:
Chryſocome/ et qui helenes nomina grata tenet.
Oebaliuſq; puer: regalis amaracus una:
Anthaliumq; deas ad ſua furta uocant.
Ira/pudor ſubeunt animos: ſtudet ipſe Cupido
Victori crines cingere flore ſuos.
Dum populant: rapiunt: carpunt: prædantur odores:
Aemula fit domino blanda columba ſuo.
Strenua nunc puerũ exuperans: nunc peruigil æquãs
Florilega uicit ſedulitate deum.
Indignatus amor famulæ temeraria corda
Per Zephyros iuſsit pandere membra leues.
Fit uolucris: Veneriq; ſuæ non immemor heret:
Mollit et obſequio ferrea corda ſuo.
O tibi ſi libeat mecum certamine florum
Ludere/ et Idaliis Chlori ſerena iocis
Pro uiolis caſiiſq; halantibus oſcula carpam:
Proq; roſis: ueris florea dona tui.
Qui ſuperet q̃uis fiam torquata columba
Vt Veneris gremio perfruar uſq; meæ.

III

FABVLA MYRTI AD HIACYNTHVM.

Vi nitidos Myrtó crines Hiacynthe coronas
q Accipe quid capiti ferſq; referſq; tuo.
Attica Myrtus erat cunctis prælata puellis
Peſtanis uultu candidiore roſis.
Nec minus illa uiros præſtanti robore uicit:
Vicerat æquæuas q̄ facie ante ſuas.
Huic dea quæ cynthum pharetrato circuit orbe:
Hæcq; deæ placuit diua pharetrigeræ.
Ocia nulla tenent: duram aut ſolatia mentem:
Nulla quies Myrti pectora lenit iners.
Lucta iuuant illam: et rapidi certamina curſus:
Et trochus: alteres: pyrricha: diſcus alunt.
Illa paleſtritis lautos prædata triumpos:
Victoriq; caput preſſit iniqua pede.
Dum rapit hos: illos ſpoliat ditata tropæis
Inuidiam uirtus inuidioſa parit.
Infremit inſanum uulgus qđ ſola tot hoſtes
Fœmina ſeruitio ſubdat acerba ſuo.
Exceptam inſidiis perimunt/terræq; reponunt
Vt dolus ætherna nocte latere queat.
Sed memor obſequii pia Cynthia/iuſſit ut arbor
Creſcat: et e Myrti nomine nomen alat.
Nunc ſua quæ glaucis oleis umbrare ſolebat
Tempora/ adoptiuo Myrtus honore tegit.

FABVLA PINI A BOREA EXTINCTAE qđ ei Pana in amore præpoſuit.

V Ertice nutantes Pinos/et perpete flatu
Iactatis Borean figere labra comis
Aurea miraris Chloris: miraris ut usq;
Spernit amatorem Pinus acerba ſuum.
Sæuitiam mirare tuam magis: effugit illa
Horribilem uultu: moribus: ore deum.
Tu precibus non flexa piis/pia numina uatum
Temnis/et obſequio ſedula corda tuo.
Effugit illa comis uolucrem nutantibus hoſtem
Dum parat arcadio iungere membra deo.
Neſcia tu rerum fallaci dederis hoſti:
Spernis amatorem nec minus ipſa tuum.
Exemplo Pini mentem mea collige uita
Ne tuus huc illuc exul oberret amor.
Odryſium Boream/Panos quoq; ruſtica corda
Pulchra trahit forma candidiore Pitys.
Semicaper petit hanc diuus: petit anxius alter:
In furiasq; deos una Puella rapit.
Sponte ſua dominæ liceat ſi uiuere: mallet
Ire ſub amplexus Pan tegeæe tuos.
Quod cupit inſtat amans: Pani ſua candida iungit
Pectora/et æthernum: quod breue: credit amor.

Sæuit amans Boreas:tumet:impatienſq; repulſæ
 Fertur ut Aonio Baccha rotata deo:
Æquore florenti deprehenſam oblitus amorum
 Per iuga:per colles:per uaga ſaxa trahit.
Excipit in gremio laceram molliſsima mater
 Terra:fouens tepido condita membra ſinu.
Cæſaries tam dulce nitens radicibus hæret:
 Arbor et e proprio nomine in aſtra micat.
Cuius ambilibus cingit ſua tempora ramis
 Mænalii pollens Pan ditione iugi.
Quin memorem cædis ſcires ſpirante Boræo
 Flamine/non æque uerbera ferre deam:
Illachrymat/quantumq; licet modo uertice flexo
 Et modo prociduo ſpernere flabra putes.
His tu docta malis dulciſsima uita memento
 Te tuus æthernum ſolus amator amet.

Daphnes et Leucippi fabula.

Nunquã pacata Venus ſemper ne tumultus:
 Bella:minas libeat corde mouere meo/
Semꝑ eris Daphne Chloris mea/ſemꝑ amoris
 Hoſtis/amatoris trux inimica tui/
Candida pax/ilaris uultus/moreſq; benigni
 Sidereas tollent ſidera ad uſq; genas.

Horrida ruſticitas: feritas inamabilis: atrox
Barbaries: ſuperas non decet ulla deas.
Quem non afficiet Daphne rapidiſsima? quis non
Leucippi flammis fauerit uſq; piis.
Oenomao Piſæ Regi fuit unica proles
Leucidpus Paphiæ gloria rara deæ.
Incalet hic Daphnes igni: penituſq; medullas
Eſt uapor/ et clauſum uiſcera uulnus alunt.
Sed fugitiua Mares Daphne auerſatur/ et odit:
Nec licet amplexu poſse uel ore frui.
Omnia ſed ſuperans amor hoc meditatur ut inde
Cæſariem Alphæo nutriat ille ſuam:
Fœmineoq; colat mundo/ ſemperq; remulcens
Rorantem arrabio pectat odore comam.
Induat et peplos ſerum: muliebria ſumat
Tegmina/ et hanc ſocia demereatur ope.
Talis erat uultus puerilis forma/ puellæ
Puniceo qualis candor in igne micat.
Fœmina et Oenomai ſtirps altera creditus/ intrat
Agmina/ uirginei duxq; comeſq; Chori.
Regia nobilitas/ pulchroq; in corpore uirtus
Officii partes conciliantis agunt.
Si lepores: Ceruos agiles: Capreaſq; fugaces:
Si iuuat audaci luſtra lacone ſequi
Primus init ſudoris opus/ maculoſaq; lina
Primus in extremo circuit ille iugo.

Gratia de meritis ſurgit:quæcumq; puella
 Gaudet huïc ſocium continuaſse latus.
Huic tamen ante alias Daphne pulcherrima cordi:
 Præ cunctis cupit hunc Virgo uenuſta Choris.
Rarus amor fœlix. Neſcit mortalibus ulla
 Hærere ætherna ſors uiolenta fide.
Inuidet/et furiis actus crinitus Apollo
 Riuali tentat fata ſiniſtra ſuo.
Aduolat/et lyciam linquens/pataræaq; fana
 Agmina uirginea circuit in tunica.
Ecquid ait comites uitreas ladonis amœni
 Ingredimur medii ſole caloris aquas?
Nec mora deducit prolixa indagine feſsum
 Agmen/ubi blandi murmura grata uadi.
Huc ubi laſciuis crepitat de frondibus aura:
 Arbor et undanti perſtrepit icta coma.
Huc ubi uernat auis:uiridiq; adoperta corymbo
 Organulis ſoluit cornea plectra ſuis.
Huc ubi plorat itym uolucris pia:mater acerba:
 Dulceq; caduelis fundit in aſtra melos:
Soliuagusq; ſonat blanda cum acalantide paſser.
 Et qui de uiridi Chloride nomen habet.
Gutture blandiſono/plectrisq; loquacibus undæ
 Allecta in gelidos iam parat ire ſinus.
Et ſecum albentes nympharum cætus amictus
 Exuit/ac molli corpora credit aquæ.

Hoc parat et Daphne:ſolus detrectat amator
Leucippus culpæ conſcius ipſe ſuæ.
Mirantur Nymphæ Nympham uitare leuamen
AEſtibus in rapidis quod ſua membra leuat.
Mirantur iuuenem qui primus obire ſolebat
Cuncta/quid ad lymphas tardus inersq; uenit.
Suſpitio tetigit comites:concordia iungunt
Conſilia/ut poſita ueſte ſub ima trahant
AEquora pallentem iuuenem:tunicisq; reuulſis
Nudat in herboſo turba proterua ſolo.
Corpore uix nudo paret male creditus error:
Culpaq; uirgineo non ſatis apta Choro.
Fœmineum ſubit ira Iecur/penetratq; ſub alta
Oſſa calor:comitem diripuere ſuam.
Lancea non Iræ:uenabula nulla furori
Defuerunt/ſocio ſtratus ab hoſte cadit.
Leucippi hic finis fatorum:qui nimis ardens
Inuenit dominæ frigida corda ſuæ:
Rara Venus quoniam geminum cõmiſcet amorem
Sed fera ſub dulci toxica melle parat.

Ad Iacobum Phaſaninum qđ aliud q̃ uenuſtas
amoris eſt illecebra/et amantis Pabulum.

Na fides/geminoq; uigens in corpore mẽtẽ
u Alligat ætherna compede ſolus amor.

Sic uixere Pii Strophio atq; Agamemnone nati:
Et ſiculi fratres gloria rara ſoli:
Quiq; ſimul ſtygias auſi tentare paludes:
Et dare Tartareæ membra uehenda rati.
Talis eris: tali ſemper mea pectora nodo
Aurea ſocratico ſtringet amore Venus.
Nec mala te Lethe mihi ſubtrahet: unus amoris
Et Styga tranſibit et Phlegethonta tenor.
Hunc coma inalbeſcens: hunc ſontica phaſis et ætas
Cernet: erit gemini pectoris una fides.
Ius tibi ſemper erit noſtra in præcordia uates:
Atq; Machaonia tollere uulnus ope.
Sed Veneri ſed parce meæ: ſola iſta leuamen
Noxa fugit: medicæ nec iuuat artis opus.
Me ſine depoſitum ſuperis ſortiq; proteruæ:
Atq; animam aduerſis reddere ſideribus.
Aut ego nil uideo/aut uideo quod lumina ueſtra
Sidera non capiunt/nec ualuere pati.
Non micat/et noſtros eſto fruſtratur ocellos
Chloris: et infelix lumina cæcat amor.
Eſt aliud quod corda trahit: quod lactat amantem
Quam Lita formoſo corpore fluxa cutis.
Quicquid id eſt/ignorat amans trahiturq; reluctãs:
Nec proprii auctorem uulneris ipſe tenet.
Hoc ſcio qđ rapior: cogorq; inuitus amare:
Quo trahar/hoc unum pectora noſtra latet.

ROGAT LVCINAM VT ABORTIENTI ex immodica ſaltatione afferat opem Chloridi.

Valis in Apidani ripis / mollisue Cayſtri
q Fertur ab Aonio concita baccha deo.
Et modo cõplicito reſtim moderatur in orbe:
Nũc mouet ad phrygios corpora docta mo-(dos.
Talis agit cætus nympharũ Chloris/ouãti
Proſequitur talis plectra canora pede.
Hic labefactat honus tumidi temeraria uentris:
Lucinamq; timens fata propinqua/uocat.
Affer opem Lucina deæ Dea:numina certo
Fœdere conueniunt/ſupplicibusq; fauent.
Ne ue tuam tangat ueſana ſuperbia mentem
Qua tumet/et niueo creſcit ab ore rigor:
Creſcit ab ore rigor: miſerumq; irridet amantem:
Paſcitur et lachrymis dura Puella meis.
Hanc doceant miſerata ſui:miſereſcere amantis
Numina:et aſsidua flectere corda prece.
Me gelidæ noctes:me ros:me cana pruina:
Et matutino me uidet aura gelu
Ante piæ Veneris proſtratum ſidera:uoce
Exanimi dominæ ferrea corda queri.
Sed qualiscumq; eſt Venus aurea:blande Cupido
Luminibus referas aſtra priora ſuis.

Os rutilet:roſea illa micent labra:ardeat orbis:
Ardeat et ſecum deflagret ipſe Pius:
Obſidat Venus ora:puer peſtana labella
Aliger et toto corpore blanda charis.

Ex Indiciis uenuſtatis:docet cognoſcere
Chloridem. ad Scipionem Lilium
pictorium Imolenſem.

Vm premit ætnæo canis Erigoneïus æſtu:
d Aruaq; mortifero ſciſſa uapore coquit
Inter Hamadryadas:Satyros:et Oreadas iter
Venatu laſſum Scipio pone latus.
Lilia quem niueo niueos cognomine mores:
Candentemq; docent prorſus habere fidem:
Inuitat genialis odor de ceſpite molli
Qui micat:et uario flore beatus ager.
Inuitat lugubris amor:lachrymæq; perennes:
Et dolor et triſti quicquid in igne premit.
Forte uenenato dum ſaucia pectora telo
Nudo feret medicam quis miſeratus opem.
Non feret.eſto.leuat gemitus:curasq; reſoluit
Dicere qua Paphie ſub iuga colla trahit.
Sub iuga colla trahit mea/proh mea poſsidet exta
Chloris acidalii fama decusq; Chori.

Noſce Pii dominam ſi quæris Scipio tandem:
Mortali maius lumine quære Iubar.
Quære ſerenato quæ ſidera uibrat ab ore:
Phœbæum gemino quæ iacit orbe decus.
Quo mentes proſternit amor:proſtrata triumphat
Pectora:et æthernas condit in oſsa faces.
Lilia:peſtanæq; roſæ ſidonia tingunt:
Pingit et immixtus punica labra nitor.
Lac referunt:miniumq; genæ:colliq; niualis
Gratia:purpurea quas ebur arte notat.
In niueum cecidere ſinum uiolaria:peſti
Germinaq;:et ſamiæ mamma refuſa deæ.
Dulce comæ rutilant:quas ſi laſciuior aura
Percutit:hinc animi uincula blanda mei.
Huic Thetis alma pedes:inceſsum maxima Iuno
Præbuit:et digitos quæ uehit ore diem.
His melior uincire Iecur/qui ſidera riſus
AEquat Apollineo non minus ore micans.
Verba uadum tentant animæ:laqueisq; capiſtrant
Viſcera/ nec portus ſpem mihi ſpondet amor.
Infelix felixq; deæ quem blanda renodat
Gratia:etætherna compede corda ligat.
Hæc mea fata regit:uitæ mea ſtamina uerſat
Parca/mei oblitum pieridumq; trahens:

DE PIO INTER DVAS AMICAS LOCATO

Yaneas quis tutus adit:quis præterit undas?
c Et ſiculis medium fluctibus eſse cupit?
Inter amabilibus poſitus tamen uror ocellis:
Hinc mea me Chloris:inde Melænis agit.
Lampadas ambæ oculis:incendia:fulmina uibrant:
Nec capiti parcunt ſpicula miſsa meo.
Non iaculis moderatur amor:qui præſidet arci
Chloridis:hinc telis:hinc face:et igne furit.
Vertice diua Paphi iaculata Melænidos ignes
AEmula fit pharetris ſæue Cupido tuis.
Vſta mihi hinc flammis:hinc uiſcera fixa ſagittis
Et magis atq; magis inter utranq; premor
Effulget roſeoq; nitet mihi ſidere Chloris:
Blandaq; ſidereo ſerpit ab ore Venus.
Confuſi accurrunt iuuenes.non nobile ſtemma
Hunc tenet:ille graui ponit amore Sophos.
Ille ſupercilio tetricum referente Catonem
Cogitur inuitum ſub pede ferre caput.
Alter agens cauſas:et plebiſcita peritus
Non bene:qui cunctis:conſulit ille ſibi.
Hic ſubiiſse ferum per mille pericula martem
Promptus:opem cordi non tulit ipſe ſuo.
Iura tenens ſine iure placet tibi muſcule Chloris:
Et tecum in caſses tota iuuenta ruit.
Altera fulmen agens oculis mea corda Melænis
Traiicit:atq; ignes commodat ipſa Venus.

Emicát et pulchro nymphas ſupereminet omneis
Vertice/uti nymphis Delia cincta ſuis.
Nigra decus/Veneremq; chlamys/geniumq; reducit
Luce uelut noctu nix meliore nitet.
Hæc micat:illa micat:ſuperare Melænida Chloris
Creditur/at ſubito palma Melæni tua eſt.
Quo me uentus agit/uerto mea protinus illuc
Carbaſa/in incertum me leuis aura refert.
Cum radiat/ rutilaq; ferit mea lampade Chloris:
Lumina:iudicio tunc prior illa meo eſt.
Cum laſsos radiis oculos ad ſidera uerto
Altera/iudicio tunc prior iſta meo.
Sic parin hunc animus:mens priſtina:corq; reliquit:
Nec mirum : inuaſit illa rebellis amor.
Fallor:habent mea corda deæ:furata Melænis
Dimidium:Chloris aurea dimidium.
Quid tibi nunc mecum uolucer pharetrate Cupido?
Non ubi nunc ponas dire tribunal habes.
Qđ mea perpetuo ſi certus uiſcera bello
Atterere:ure deas:fige proterue deas.

Laus Vitæ ruſticæ obiterq; Maronis opus
Georgicon extollit.

Vra iuuãt/mollesq; auræ:mollisq; ſub ălta
r Arbore/quem turbet nulla querelă ſopor.

Terra iuuat ueſtita roſis: ueſtita liguſtris:
Et uiolis picto tempe adoperta ſolo.
Hæc magni coluere dei: coluere uerendi
Hoſtibus edomitis Marte ſedente duces.
Induit auguſtam chlamydem Serranus arator:
Et pauit proprias quiſq; ſenator oues.
Ruribus aſsueuit dominos reuocare uiator
Excuſso indutos puluere ſæpe togam:
Aurea Saturno ſceptrum moderante fuerunt
Tempora: et ingenua lactea ſecla fide.
Sæpe deos comites conuiuia noſtra/dapesq;
Et feſtos luſus erubuiſse negant.
Natiuo uiridis ſi quando ſcena receſsu
Siluicolis tribuit ocia læta uiris
Sicubi dulciſonis gemeret Philomena querelis:
Iamq; ſenex læti ſigna moueret olor.
Hic ſiquando rudis mellita ab arundine tyro
Percuſsus. Veneris ſub iuga colla daret
Cum domina ſeruiſse iocos: ſeruiſse dolores:
Atq; grauis licuit pondera ſeruitii.
Blandiciis mollire deam/gemituq; perenni
Iuuit/et aſsidua flectere corda prece.
Roſmaris accubitum cum caltis præbuit: inter
Oebalios flores/idaliasq; roſas.
O mea Saturni ſi ſæcla reduceret ætas:
Aureus et niuea ſimpicitate pudor:

Ipſe bidente ſolum fodiam: ſtimuloq; iuuencos
  Intentos operi ſollicitare iuuet.
Et licet unda ſitim uitreo de flumine tollat:
  Tollat et immodicam glans mihi ſtricta famem.
Sed uenient pia ſæcla: deos modo ruris amemus:
  Cumq; deis placeat dulce Maronis opus.
Surgit is ad ſolis radios: ad ſidera ſurgit:
  Et petit auſonia tartara nigra cheli.
Manibus auditur: ſuperis auditur: edacis
  Temporis et uictrix fama ſub aſtra uolat.
Cædit Apollinei uates Colophonius oris:
  Cædis olympiaca Pindare laude potens.
Cædis et ipſe nouem comitate ſororibus alme
  Phœbe: linus tecum cantet et ipſe licet.
Nos igitur per rura uehas diuine ſacerdos
  Ruris: et Aonio gutture plectra cie.

Crathis fluuius unde trahat originem: obiterq;
fabella non inelegans explicata.

d Icite ſicelides Muſæ Iouis aurea proles
  Vnde trahat Crathis nominis orſa ſui.
Dicite ſomnifico dū lympha uolumine currit:
  Feſſaq; in herboſis corpora ſtrata iugis.
Paſtor erat non unda Crathis: Siculamq; per oram
  Lanigeraſq; iſto tramite pauit oues.

III

Hic ubi nunc liquido ſtringit præripia cũrſu:
Et tumidis uelox præcipitatur aquis.
Hunc amor et genetrix geminato uulnere cædunt:
Vritur: et flammæ cauſa capella ſuæ eſt.
Cui niueus collo: croceo uariatus aruncus
Pendet: et atra niue eſt orbiculata cutis.
Hac furit: hanc uecors ſolam cupit: eligit unam
Qui ſua cum iungat pectora uanus amans.
Sæpe uiri exoſus faciem cupit eſse quod hircus:
Atq; optat fronti cornua bina ſuæ.
Sæpe caprum ſtimulis agit et fugat inuia ad antra:
Et quaſi riuali fata ſiniſtra parat.
Ille abit: obſcuroq; latens rigat ora receſsu:
Carice, et eduris paſtus harundinibus.
Et dolet et queritur differtq; in idonea pœnam
Tempora, uti uacuo regnet amore caper.
Intereà hac fruitur Crathis: Crathis inſilit iſtam:
Hanc tenet, hanc luſus, deliciasq; uocat.
Editur informi informis de ſemine partus:
Semicaperq; puer, ſemipuerq; caper.
Siluanum dixere patres: quem numinis inſtar:
Siluarumq;, ſenes hunc coluere deum.
Interea læſus cāper æſtuat: odit amantem:
Quem preſsum ſomno cornibus usq; petit.
Ictus in ima Crathis fluuii deuoluitur, orat
Numina uti uitreo regnet in amne deus.

Et tribuat proprio lymphis de nomine nomen:
Crathis ut antiqui teſtis amoris eat.
Annuit oceani tumidæ Tethis annuit undæ
Sceptra gerens/ſolito regnat in amne Crathis:
Quem caper oppreſſum ſomno præripia iuxta
Fluminis/extinctum dum putat:aſtra dedit.

Dolet ſe Mediolanum unaq; amicam reliquiſſe
dum a Senatu Bononienſi reuocatur.

E Rgo ibo? et ratis/heu/miſerũ uectabit amantẽ
Oblitum curæ Siluia pulchra tuæ?
Oblitum curæ uitreis me Nereis ulnis?
Me capiet gelido mox Galatæa ſinu?
O centum æquoreæ proles neptunia Nymphæ
Candida felici tradite uela noto.
Vos amor et tetigit/ueſtras amor impulit undas:
Nec gelidæ parcit uis puerilis aquæ.
Viuit ad arbitrium Salmonidos arbiter undæ:
Non anthedonidem gramina uiua iuuant.
Alphæus pater amplexus luſusq; negatos
Occultis quærit anxius in latebris.
Iuraq; mentito fertur pulcherrima Regi
Fontibus Egeria concubuiſſe ſuis.
Ibo/ſed inuiſi rapient mea carbaſa uenti
Propoſitum q̃uis aura ſecundet iter.

Tempeſtas utinam toto reuocata profundo
In dubios caſus lintea noſtra ferat.
Mugiat omne fretum:trifidoq; excuſſa tridenti
Vnda rapax decimas tollat in aſtra minas.
Inſtet atrox capiti:furiiſq; immane minetur
Turbo:procelloſi qui trahat ima maris.
Si Venus orta ſalo crudelia fata retorquet
Vatis:et e ſupero cardine mœſta fauet
Vnda cytheriaco fluitante reciproca iuſſu
Marmore ad inſubrem me ferat uſq; deam.
Det molles/det flammiferos/det pectoris ignes:
Ignitaſq; faces cernere diua oculos.
Mortales haudquaq̃ oculos:quis fulmina mittit:
Vrit:agit/turbat uiſcera præpes amor.
Cum bellum indicit ſuperis:patrioq; curuli
Accendit geminas hinc Cytheræa faces.
Os Venus:et Veneris ſoboles pharetrata Cupido
Finxit et eunomies trina caterua ſuum.
Labraq; peſtano nimium inuidioſa rubore:
Labra nihil uernis degenerata roſis.
Calta genis radiat/tremuliq; coagula lactis:
Quam decet albenti purpura miſta niue.
Baſia cælæſti complet ſua nectare uirgo:
Cecropiis quantum baſia plena fauis.
Melle Arabo:melle Hircano:promulſide:Vino
Quod Gnidos:et Bacchi cura falernus alit.

Inſpirat genium labris: qui uiſcera tranat:
Tranat/et hinc aditum dire Cupido paras.
Aſt anima affectus prorios/et gaudia tanta
Sectata/in dominæ plexilis ora meat.
Mira feram/quoties foris in ſua pectora lapſus.
Viuo. ſed intus egens ſenſibus emorior.
O pereat quicumq; rates/rentosq; parauit:
Et dedit inſanis uela ferenda notis.
Huius auaritiæ furiis ſtimulata profanis
Mens iubet ignoti ſcindere terga maris.
Hinc uia luxuriæ præceps hinc lucida coa:
Indaq; gemmiferis margaris acta uadis.
Hinc petitur diſcinctus arabs mollesq; ſabæi:
Quæq; in achemeniis pocula cocta focis.
Ianitor hinc durus ferrato limine clauem
Admouet/et clauſas excubat ante fores.
Hinc penus atq; abaci certos ſenſere ſigillos:
Et uigil obſeſsa latrat in æde canis.
Hinc quoq; nulla fides/pretium et pretioſa ſupellex
Flectit ad obſequium ferrea corda ſuum.
Teſtis erit Danae: quam pellicit aureus hymber:
Et Iouis in gremium fulua metalla trahunt.
Vinclaq; uaticini ſpernens Eriphila mariti
Præpoſuit caſtis aurea dona thoris:
Felix Saturno regnum moderante iuuenta:
Cui Paphius fixt feruida corda puer.

Nondum turritis tot mœnia condita pinnis:
 Nec fuit in longas diſsita terra uias.
Antra dedere thoros ederoſo picta Corymbo:
 Muſcus ubi/et gelido marmora tecta ſitu.
Roſmaris:et roſeo gratiſsima calta colore:
 Laureaq; exhibuit molle cubile roſa.
Inter Hamadryadas Dryadasq;'et Oreadas inter
 Mutua in amplexus uincla ruere uiri.
Inter et arboreos ſtrepitus/umbroſaq; uallis
 Tesqua dedit Cupido gaudia ſæpe Venus.
Muneribus ſi quando rudis pellecta puella
 Siluicolæ tribuit colla premenda uiro
Huic corna et patulo redolentia fraga quaſillo:
 Summaq; mordaces dona fuere rubi.
Et gemini aeria detracti fronde palumbes:
 Spes gregis aut plumæ uerſicoloris aues.
Q d' mihi ſi gelidus circum præcordia ſanguis
 Iuſsiſset patrio ducere ſæcla lare:
Claſsica/nec lituos/nec bellica tela timerem:
 Arma/nec inſidias corde micante truces:
Non gemitus/non ulla darem ſuſpiria/nec me
 Abſentem dominam flere iuberet amor.
Sed potius Charæ Nixus:fœcunda:puellæ:
 Rura colam aut tutis numina fauſta piem.
Inuigilem externos ramos ut ramus adoptet
 Vt trifera artifici germinet arbor ope.

Vere nouo ſolidi findam bona dorſa noualis:
Et ſtimulo Tauros increpuiſse iuuet.
Noſtra uolens operi ualidis comes ardeat auſis:
Sudoriq; uelit incubuiſse Venus:
Et tenera duram dextra moderaret ulmum
Feſsa meo quoties excipienda ſinu.
Hic ſuus eſt uati finis: hæc grata poetæ
Meta nec eſt uitæ ſors aliena meæ.

Ad Scaurum Mutium Triuultium Mediolanen.

Vſa Iouis ſoboles: muſarũ templa Philippus
Condidit Oetæi ſub ditione dei.
Thyrſigenæ quoniam auxilio enituere poetæ
Herculis: et magni muſa fauoris eget.
Calliope regum comes eſt: his fulta miniſtris
Lucida pierio tendit in aſtra gradu.
Tu mihi: cui Charites proprium tribuere decorem:
Amphitryoniadæ numinis inſtar eris.
Te duce uela damus: noſtræ cynoſura carinæ:
Idem nauigium: nauita: uentus eris.
Tu reſides ſuccende modos: reſidemq; poetam
Mitibus haud pigeat increpuiſse ſonis.
Plectra tuæ uocis/ſermonis et orſa politi
Scimus: et altiloquo quod fluit ore melos.

Steſichori philomella tibi:cycnusq; Platonis
Incinit:et diuam Scaure periclis habes.
Pondera uerborum Auguſtus diuina Senatus
Iudicat:et melico ſentit ab ore trahi.
Idem quid ualeas miratus marte forenſi
Maurus et eloquii non tolerauit honus.
Fulminat os:ardent oculi:tonitruq; loquelæ
Inſtrepit/altiſono cum cadit ore reus.
Poſtmodo Calliope dulcis modulamina linguæ:
Nectar/et Aonium præbuit alma decus.
Tres tibi ſirenes cedant:quæ uoce canora
Argolicas quondam detinuere rates.
Ergo patrocinium uatis ne deſere uates:
Iudicio pretium cœpit habere tuo.
Sic tibi Mars alter faueat Rhodaniticus heros
Et titulis domus hæc ſurgat in aſtra ſuis.
Purpureo radient ſic tempora ſacra galero:
Ambiat et meritum trina corona caput.
Sic cum neſtoreo fueris uiuacior æuo
Cumanæ uincas ſæcula Deiphobes.

Ad Hiacynthum hortatur eum ut aliquid ſcribat.

Itte leues elegos charo ſtudioſe Sodali:
m Nomina cui Vernæ grata ferunt uiolæ.

Nam licet in tenero teneraſcere pectore carmen:
  Apta Erato ætati muſa futura tuæ.
Dum uernat ſanguis uiridiq; caleſcit in æuo:
  Dum teneræ radiant et ſine pube genæ
Tunc Veneri Chelis apta placet: tūc nablia Baccho:
  Sotadiciq; decent tempora læta modi.
Diuitis et Crotali pruritus uerbera ſuada:
  Et Sambucca fugans mentis amariciem.
Perlege quæ iungit tenero mileſia textu
  Carmina Ariſtides uel Sybarita tuus.
Te teneat mollis: grati tamen Ebius oris:
  Siſenæq; iuuans nubila corda lyra.
Idalias uel qui pingit ſermone figuras:
  Quem circum Charites et leuis errat amor.
Serta plica: diſpone thoros: uina inde: puellas
  Duce: aurem uellens uiuere parca monet.
Sed genio ſit muſa comes: mediiſq; corollis
  Inſpiret radios docta Minerua ſuos.
Et ueneres inter: medioq; in fonte leporum
  Lachrymulam abſenti dona Hiacynthe Pio.

ELEGIDION LIBER IIII.

DIVAE HIPPOLYTAE VICECOMITI.

c VM PRIMVM NATVRA RVdis
duce culta prometheo eſt
QVI STVDIO MIRAE FINXE/
rat artis humum:
Fœmineos Cytheræa choros animauit/inhalans
Et formam et cultus ingenioſa ſuos.
Inde nouas ſubiere ſecunda incendia gentes:
Traxit et attonitos forma uenuſta uiros.
Idaliæ placuere deæ: placuere prometheo:
Et magis eſt ſolito facta ſuperba Venus.
Atq; ait: en potero blando ſine pulchra lepore
Efficere: hos animos ficta puella facit.
Sardoum hæc cernens ridet lepor: et coquit iras:
Bellaq; furtiuo Marte proterua parat.
Compellatq; rudem lepidis Epimethea dictis:
Imperat ut propria fœmina ſurgat ope:
Iuſſa facit Titan/luteis creuere figuris
Ignaro effigies non bonæ ab artifice.
His lepor impreſſit Charitas/riſusq;/ſalesq;:
Cunctaq;/quis animam/cordaq; nectit amor.
Hæſit in iis mortale genus/paſſimq; triumphos
Egit ab exuſtis blanda puella uiris.

Sic pulchræ minus artis opem/lepidiq; decoris
 Nec laqueos mentis/uinclaq; cordis habent.
Cui fauit Cytherea minus/lepor additur illi:
 Flexanimoq; ſedet gratia iuncta ſono.
Tu tamen una micas blando comitata lepore:
 Ridet et ambroſio mollis in ore Venus:
Siue canis thuſco modulatum pectine carmen:
 Hetruſcam iuret quilibet eſse nurum.
Romula ſeu facili deducis carmina uoce
 Romuleo natam quis neget eſse ſolo?
Siue refers ſæcli monimenta exacta uetuſti:
 Herinam credet græcia docta ſuam.
Seu libet inceſsu Iunonem effingere diuo:
 Fert modus ipſe pedes:fert uenus:atq; decor.
Quicquid agis componit amor:componit et ipſa
 Gratia:nec multis eſt decor ille bono.
Felicem patriam:patria felicior ipſe es
 Qui frueris ſocia Die marite dea.
Hanc paris inuideat tibi:tu tamen unicus illa
 Dignus eras:formæ eſt apta puella tuæ.
Pulchrior ipſe uiris:nuribus formoſior ipſa eſt:
 O bene legitimi fœdera iuncta thori.

Inuocat Somnum et obiter Amicam rogat ne a ſuo Amore deſiliat.

Acche ueni/furuisq; ſopor cõplexe lacertis
b Pectora lenito noſtra uapore foue.
Morpheus/et uaria gemini ſub imagine fratres
Incerto referant ſomnia uana pede:
Dum curas mulcere datur:dum ponere queſtus
Præſtat/et infelix dum requieſcit amans.
Grata tener feſso ſua cornua ſomnus amanti
Irrigat/et totum ianua pandit ebur.
Fallor:in obſeſso proles Cythereïa corde
Imperii fixit dira tropæa ſui.
Penna fuit quondam puerilibus apta lacertis
Qua mare:qua ſummi regna tonantis adit.
Nunc implumis amor/mutila nunc degener ala eſt:
Igne uaporati pectoris illa perit.
Sceptra meo ſtatuiſse ſinu puer improbe gaudes
Cum nequeas cælo liberiore Frui.
Mitius imperium poſseſsi pectoris ales
Et ſtatuas regno regia iura tuo.
Laudibus æthernis æthernos regis honores
Muſa meletæi uatis in aſtra uehit.
Isq; lycambæis agitat fera regna procelis:
Fulmineoq; ferum deuouet ore caput.
Carmine poſteritas ſummi compulſa poetæ
Hæmonii quantum comprobat acta ducis.
Additus at rutulis dirus Mezentius armis
Sæuitiæ Andino fit reus eloquio.

Dum loquor oſsa rapit:rapit imas flamma medullas:
Totaq; ueſanus pectora turbat amor.
Et modo delicias laſsis proponit ocellis:
Nunc Veneris recolit gaudia cuncta meæ.
Quam mihi duricies primo prætenta calore
Iuuit:et hinc pretium ſumpſit amoris opus.
Infelix cui ſemper amor dulciſsima præſtat
Gaudia:et ad nutus quoslibet ille patet.
Me iuuat inſomnes ſub cælo ducere noctes:
Et tenerum duro lædere poſte latus.
Me iuuat archano dominam mulcere ſuſurro
Tranſeat ut bifidas uocula blanda fores.
Et querulos tractando modos narrare labores
Quos populata paret interiora Venus.
Quam mihi cæleſtes illi uideantur ocelli:
Per quos noſtra rapax corripit oſsa puer.
Lumina acidaliis canimus contendere ocellis
Nec Thetin albentes tam decuiſſe pedes.
Diua pudoricolor roſeis inuecta quadrigis
Non ſimili torquet roſcida frena manu:
AEquoreæq; deus præſtans moderator habenæ
Non parili medium flectit ab arte latus.
Hoc ſimul innectit proprio Venus aurea nodo
Quo paphium ſubeant pectora cuncta iugum.
Manat ab ore lepor:qui marmora dura refringit:
Quiq; eblandito tartara rege trahit.

His dominæ ſub iura uocor ſæuasq; catennas
Duraq; ſeruitii uincula ferre iuuat.
Quoq; mei cernat manifeſti ſigna furoris
Dat mihi præcipites alta feneſtra uias.
Sericus aut gradibus ſublimis in ardua tecti
Fert domini corpus reſtis inane ſui.
Nam macie liquere meum ſua pondera corpus:
Quæ calor et lachrymæ/cura/laborq; fugant.
Carmine blanda Pio mox excantata puella
Iniicit ambroſias in mea colla manus.
Non ita complicitus ſpiroſis tractibus anguis
Serpit in amplexus lubrica Echidna tuos.
Brachia non hederæ:non uincunt oſcula conchæ:
Os neq; ſerpentis ora triſulca meum.
Hæc ego quæ demens nimio ſudore paraui
Præmia/riualem rapta tenere feram?
Dum loquor heu noſtros forſan Theleſinus amores
Barbarus amplexu barbariore premit.
Barbarus ille ſuas/hircoſus barbarus/ulnas
Coniicit in collo Cypri ſecunda tuo?
Ora premit rictu caltis intexta ferino?
Ora ne quæ ſolos fas tetigiſse deos?
O potius potius fiam ſipyleïa cautes:
Impia quam ſæui uerberet ira maris
Quam Venus exciderim tibi:q̃ mea germina miles
Gallicus agreſti demetat articulo.

Ah dii non ita ſit/potius mihi chara puella
Perpetuo pactam ſeruet amore fidem.
Marmoreæ haud illi circum præcordia uenæ:
Noricus aut tenero ſtat ſibi corde Chalybs.
Cana fides colitur/placidoq; modeſtia uultu:
Virgineusq; probo ſedit in ore pudor.
Non melior coluiſse ſacras Herina ſorores
Nec tetigit dulcem trina Corinna lyram.
Maſcula quæ ꝙ ſuos cantat moritura calores:
Leucadii Sappho crimen honorq; freti.
Quicquid agit:quicquid loquitur:blandeq; tuetur
Sancit amor:genius:gratia:Pallas:honor.
Carmen Palladia modulatur arundine:quale
Terpſichores blando manat ab ore melos.
Cum canit:Elicius linquit ſua Iuppiter aſtra:
Atq; Erebi manes ad pia plectra fluunt.
Demultus Pluto ſolii ſtupet immemor imi:
Oblitus cymbæ portitor ipſe uacat.
Arboribus denſæ ueniunt ad carmina rupes:
Atq; nouæ præbent grata theatra lyræ:
Hæc bona ſunt armis:ſunt ſanguine parta tuenda:
Forma niſi ſupero contigit iſta Choro.
Sed mihi ſpōdet amor:ſpondent mihi Pallados artes
Fœdera Palladia non temeranda manu.

IIII

AD HIACYNTHVM MEDIOLANEN.

Cribis ut emēdē nitidos hiacynthe libellos:
Fungar Ariſtarchi Nigidiiq; uice.
Zoilus ut uerſus ſemper florentis Homeri?
Vt notet Andinæ Meuius arma Chelis?
Erudit unigenam non ſus Beotia diuam:
Nec Clariæ cornix dulcia fila lyræ.
Nos ſine cum tetricis oleum conſumere muſis:
Friget Apollinei captus amoris amor.
Me iuuat aſsiduis noctem traducere Chartis
Vix regit ingenitus corpora ueſca calor.
Ocia blanda Venus:conuiuia:ſerta:Choræas:
Et citharam mollem:mollia plectra cupit.
Te mihi qui fueras dulcis iam carminis auctor
Et Venus et ueneris trina caterua rapit.
Omnia quæ fuerant tenui iucunda poetæ
Liquimus in ueſtro docte Hiacynthe ſinu.
Nunc mihi nil ſupereſt niſi falſæ ſpectra figuræ:
Tu ſenſus:animam:cor:bona uatis habes.
Quis tua pro meritis diuina poemata tollat?
Hac muſas iurem uoce ſolere loqui.
Hac lepor:hac paphia Charites cum prole ſuſurrāt:
Hanc ſibi pro cæſto ſufficit alma Venus.
Perge.cole Aonias iuuenis generoſe ſorores:
Et pete Apollineo ſidera celſa gradu.

P

ACHILLI PHILEROTI BOCHIO.

Q Væ uenit a Charo properata ſodale Thalia
Depoſitis curis dulcis ephœbe lege.
Si mō noſter amor ſpatio illabefactus iniquo
Non tepet:et ſolito reſtat in igne locus.
Non tepet:hoc ſaltem uates deſiſte uereri:
Firmus in ingenuis oſsibus hæſit amor.
Oſsibus hæſit amor:quem nec Iouis ira:nec atrox
Cerberus:aut ſtygio diſtrahet amne ratis:
Non uis:non ignes:non tempora:deniq; nec mors.
Rumpet Apollinei dulce tenoris iter.
Hic amor:hæc uiridi concordia cœpit ab æuo
Cum timet ambiguas uita nouella uices.
Eſt aliquid uixiſse ſimul:præſtaſse magiſtrum:
Socratico tenerum decubuiſse ſinu.
Decubuiſse ſinu/plumas/moduloſq; canoros
Vnde per æthetium ſparſeris actus iter:
Vnde:animum/mentemq; tuam ſuſceperis:unde
Arte data eſt uitæ ſemita recta tuæ.
Si corpus genuiſse iuuat:quod carceris inſtar
Nos premit/et cæli digna tropæa rapit
Quam potius diuam Sophiæ moderamine mentem:
AEtheris atq; capax progenuiſse Iubar/
Ante caput Nili deprehendet et ora Seſoſtris:
Deponet uitus et ſtygis unda ſuum

q

Thysbæas fugiet mutata Semiramis oras:
Audebit piſces uel temerare Syrus
Quam tua de noſtro uaneſcat pectore cura.
Nexuit hanc firmo ſancta adamante Venus.
Vincula complicuit ferri compagine Celmus:
Quæ Steropes ſiculo tincta liquore dedit.

Laudat Chloridem Coccineam ueſtem indutam.

q Valis Abantiadæ uolucris uō grata uolucri
Pandit ad ætherium ſidera clara Iubar:
Et proprium miratur opus: miratur honores:
Fixaq; ſub pennis aſtra coruſca ſuis.
Qualis et in ſiculo uirides legit æquore crines
Spernit amatorem dum Galatæa ſuum:
Dum ſibi dum nimium placet/ et candentia cernit
Pectora/ et æthernum diua ſtupeſcit opus.
Talis acidalio prodit mea uertice Chloris:
Fœmineo q̃tum celſior una Choro.
Coccineos induta ſinus: induta uirentes
Vt melior miſto ſurgat ab igne uiror.
Quid ſibi nunc uoluit flagranti murice iunctus
Hic color? ancipites occulit anne notas?
Ignea num roſeo pendet de pectore læna
Vt rapido cupidos effuget igne uiros.

Tota calet/flammasq; uomit feruentior ætna
Chloris ab arriſu:lumine:flamma micat.
Prodigiis ſit nulla fides niſi flammea labra
Tartareo complent pectora noſtra gelu.
Prodigiis ſit nulla fides niſi pectora lacte
Et non calcata candidiora niue
Me miſerum ætnæis afflant ardoribus: acer
In medio feruet ipſe Cupido gelu.
Sed tunicæ ſpondent forſan meliora uirentes
Tempora:et afflatum poſse uirere docent:
Quandoquidem flammis quercus diſcuſsa triſulcis
Poſtmodo lenito ſurgit ad aſtra Ioue.

In laudem Paſtorii operis Diomedis Gui-
dalotti Bononienſis.

Vm quatit Auſoniã mauors:dũ uexat erinys:
d Cornipediq; ruit Italis ora pede
Alma Ceres pariterq; Iouem Dionyſus adire
Non timuit donis anxius usq; ſuis.
Mi nouus alma Ceres Phaeton noua fata minatur
Clamat/et æthereo nata tonante feror/
Hinc rogat/et precibus gemitum Semeleïus Euan
Confundit/calui ſæcla Neronis amans:
Et dextram Lycoorge tuam.ſic undiq; turbant
Barbaricæ Bromii uitea culta manus.

IIII

Riſit/et arriſu totum permulſit Olympum
 Iuppiter/et læto numine ſpondet opem.
Arua ruit miles:pecuaria diſsicit/inſtat
 Paſtorum dirimens ocia Martis amor.
Promitto uobis Saturnia ſæcula:Cycnus
 Aurea pierio ſurget in aſtra ſono:
Qui ſacra Calpurni ueſtigia ſemper adorans
 Paſtores ſuaui ducet ad arua lyra:
Collis ïulæi ueſtire cacumina Baccho
 Quos iuuet:et Cereri ſpicea ſerta dare.
Dixit/et egreſsus Muſæ uocalis alumnus:
 Qui Diomedæo pectore nomen habet
Nectareamq; lyram tetigit:comitantur Apollo:
 Pan capripes/ſpicis tempora cincta Ceres.

Ad Chloridem minitantem amanti ſerto ex coraliis.

Vid mihi per Venerē nigro minitata corallo;
q Quod quatis alterna Dia puella manu.
Sic flāmas reuocare parās dea Cypria Ceſton
 Excutit/et Marti nuntiat arma ſuo:
Arma quibus roſeo caperis deus effere riſu:
 Telaq; ſutilibus uincta cadunt ſtrophiis
Me miſerum/non cauſa eadem:Venus urget agitq;
 Deſidiæ Martem per ſua uincla reum.

Ipſe frequens nimium/digitoq; notatus ab omni
Plector agorq; reus qđ q; amo/qđ nec amo:
Parce per ardentes oculos duo ſidera noſtra
Chloris/amatorem lenius ure tuum.
Vix tria Geryonæ flagrantia fulmina poſsent
Corpora continua lampade aduſta pati.
In mea ſi lentus penetraui incendia parce:
Parce Cytheriaci gloria prima Chori.
Si rurſus uiuat Phaeton clymeneïus/axem
Et patrios uitet fulmine doctus equos.
Icare nec ponto tribuas tua nomina/detur
AEthera ſi pennis rurſus obire tuis.
Si uenio ueniſse piget:ſpectaſse coruſcam
Cum Cypris hinc/amor hinc excutit arma:deam
Vnde mihi ueniunt gemitus:ſuſpiria:luctus:
Vexat et æthernum corda rebellis amor.
Vexet amor mea corda:trahat mea corda cupido:
Vnica tu tanti Chlori decora uenis.

Monet Chloridem ut genio indulgeat dum uernat ætatula.

Ccurro tibi Chlori mea at tu ſæua retorques
Aſtra terannæis æmula ſideribus.
Nil facis imprudens ſi longa Boryſthenis ora
Et pharię tranes hoſtia Chloris aquæ

IIII

Anxius in dominam ſemper ferar:et mihi q̃uis
Tu Daphne/et Daphne ſæua fugaxq; magis.
Inſipiens decerpe roſas dum floſculus albet.
Curua aurem uellens uiue ſenectã monet.

Alloquitur Claudum nuntium miſsum ad
amicam quem Vulcanum uocat.

Vlciber ad dominã pergens mandata referre
Sis memor/archano quæ Pius ore dedit:
Ille Pius quondam ridere Cupidinis arcus:
Et ſolitus paphias ſpernere ſæpe faces.
Nunc feruens/Venerisq; calens de fulmine/tendit:
Summiſsas dominam molliter ante manus.
Tendo manus dominæq; preces lachrymasq; perẽnes
Fundo/ſed hoc utinam ſors mihi ſæua daret.
Non licet Inachidæ ueluti ferus additur argus
Socrus/et oppreſsa Chloride ſceptra tenet.
Illa notat petosq; oculos/nutusq; loquaces
Cum premit occurſu punica labra meo.
O me infelicem natum peioribus annis:
Quem prohibent cupida cernere luce deam.
Ante ſalum et terras/conuexiq; ardua cæli
Aſtra negent oculis conſpicienda meis
Quam te/te inquam te prohibeſsint cernere Chlori
Chlori ſalo/terris/ charior una polo.

Sed tibi cui licitum fatis inuiſere diuam
  Chlorida/et alloquio ſimpliciore frui
Inſere te dominæ/parteſq; tuere clientis:
  Et pacem lachrymis induciaſue roga.
Qđq; uaporatam totis radicibus ætnam
  Corde fero/miti molliter ore refer.
Det pacem lachrymiſue quiem non immemor inſta:
  Supplicibus/miſeris flentibus illa fauet.
Si riget et gelidum uincit præcordia marmor:
  Nec calida flectit ſaxea corda prece
Excute te/penituſq; tuas reminiſcere flammas:
  Quoq; ferum fulmen ferueat igne rigor.

Deſcribit Chloridem indutam peplum uiridem
  unde concipit ſpem ſe poſse uireſcere.

Icite iō Venus/et ueneris pharetrata ꝓpago.
d Deſinet illa meum carpere flamma Iecur:
Accendit quam ſeuus amor de lumine blādæ
  Chloridos/et duplici fulgurat igne Venus.
Depoſuit Tyrias ueſtes/nitet ecce uirenti
  Cyclade/et intextis floribus errat amor.
Ambroſiiſq; genis/placidoq; nitore refulgens
  Dat mihi felicis candida ſigna die.
Fallimur heu uani nimium facileſq; poetæ:
  Marmore ſub niueo ſcorpius ipſe latet.

An uiridi minus urit atrox Zephyritis amantem
Veſte licet dulci temperet aſtra gelu?
Frigidus et q̃uis A Eumolpææ Orythiæ
Igne calet Boreas nec iuuat ipſe rigor.
Nil domino prodeſse ualet:mulcere uaporem:
Quem Venus afflatu miſcet agitq; ſuo.
Si ridet:blanditur:amans ne fide/profundo
Diſsimilis non eſt blanda puella mari:
Quod quoties rabiem coquit/et ſecreta minatur
Bella renidenti pellicit ore ratem.
Sed tamen arride Chloris mea tu licet uras:
Dulce mihi per te uiuere:dulce mori.

Ad Marcum Actium Moretum Bononien.
ut in lapillo Chloridem effingat.

Irrheici fœcunde nepos::cui priſca Minerua
P Corpora in exiguo fingere dat lapide:
Parcarumq; colos paruo exorare lapillo:
Qui mortem æterna uiuere ab arte facis.
Si te fama iuuat:merces ſi perpetis æui.
Si tua poſt cineres cela uirere cupis
Chlorida mi uiridem cela:tamen aſpice ne dum
Tu lapidem/illa tuam ſculpat imago animam:
Quam comitant paphia centum cũ matre uolucres
Mellitisq; premens morſibus oſsa uapor.

EXPELLIT ARANEAM EX BIBLIOTHECA.

q Vid te Lyda iuuat foribus ſubtexere noſtris
Retia/et antiquæ pandere litis opus?
Non ſatis unanimi cecinerūt claſsica bello
In miſerum quondā Cypris amorq; Piū?
Cum mihi ſidereis effulſit Chloris ocellis:
Et cinefacta ſuas ſparſit in oſsa faces.
Qd' ſi futilibus tendis mea nectere uinclis
Corda/ream Priſcæ ſimplicitatis agam.
Nec magis inſulſum fuit id cum docta laceſsis
Numina/quæ humana uincere reris ope
Quam ueneris ſolidis firmo ex adamante catennis
Artatum filo uelle tenere breui.
Quare age iam muſcis tua pande uolucribus orſa:
Bellaq; cum minimo Papilione gere.
Tolle tuos precor hinc caſses/pexataq; texta:
Retis et hinc aliò fer ſcutulata tui:
Non decet hic dominæ ſuperatam obſtare clientam.
Hæc loca Palladio numine dicta colunt
Qui muſas Phœbumq; colunt. hic Plinius arce
Præſidet abiegna/ſidereusq; Plato:
Et Colophoniaco iunctus Maro fulget Homero:
Naſonisq; ſacrum: fœtus amoris: opus.

Atq; alii quos fama uehit ſuper ætheris orás:
Exemptumq; rogis tollit in aſtra caput.
Sed quid ſurda moras trahis/et noua Palladi bella
Indicis/cannæ uindicis arma feras.

IN LAVDEM OPERIS ELEGI IACOBI CONSTANTII FANENSIS.

Enophilæ fluit ex oculis Cytheræa leporq;:
Z Conſtanti labiis Muſa:Themis:Sophie.
Fulminat illa Ioue prædata tricuſpide telo:
Hic reuocat dulci fulmina miſſa prece.
Elicit illa uiros riſu:Charite:ore:decore.
Elicit Aoniis Zenophilam iſte modis.
Nec minor elicuiſse labor fera:ferrea corda
Zenophilæ/elicium q̃ elicuiſse Iouem.
Hic ſuperos igitur flectet:ſtyga:bruta:uirosq;:
Maiorem his cunctis qui dominam potuit.
O cedro condigna lini ſacra carmina/digna
Auguſti forulis/tegmine Homere tuo.
Eſte procul tineæ/tineisq; nocentior ater
Mome:nec hic ſoleam carpere dire potes.

FINGIT VENEREM LVSCAM IN TER/
ras deſcendiſse/et hoc comminiſcitur propter
fœminam deſioculam uenuſtiſsimam.

L Vſca Venus lucis domina/ardoriſq; miniſtra
Virgineos gaudet ire/redire Choros.
Altera ſed flāmā præfert phlegethontida ſecū
Pupula:et inde faces ſuſcitat acer amor.
Purpureæq; genæ:mentum tornatile:frontis
Area bis raptæ ſunt monimenta Helenæ.
Articuliq; breues:teretes/longiq; lacerti
Siluarum effingunt et nemorum dominam.
Crudeles ſuperi:crudelis et ipſe Cupido:
Quis tantum labe hac uiſum abolere decus.
Reddite quæ ſua ſunt diuæ:cur munerta terræ
Trunca datis? rutilas reddite in ore faces.
Riſit amor:ſolum nequeunt ſi pectora ueſtra
Qui poterunt geminum dic tolerare Iubar?
Infit:et accedens diuæ de lumine ſeuam
Lampada peruaſit intima in oſsa deus.

Ad Antonium Bochium Bononien. illum
felicem eſse probat:

a Ntoni cui muſa comas parnaſide lauro
Cinxit/et in ſuperos tendere mente dedit

Diuitias alius:fuluum ſectatur et aurum:
 Et quæ ab erythreo deuehit unda mari.
His placet ambitio:perfuſaq; gloria fuco:
 Principis his ſummi cingere poſse latus.
His uaria:inconſtans:fera:deſultoria:fallax
 Nortia:quos rapidæ uoluit ab orbe rotæ.
Hos formoſa trahit ridenti Cypris ocello:
 Et paſcit dulci pectora leſa nece.
At mihi tu:tua cuncta placēt mihi:corpus honeſtū:
 Ingeniumq; pari fœdere corpus agit.
Quid loquar eloquium facundo in pectore manās?
 Dulichio ueniant et quot ab ore niues?
Qđ q; Pius/caſtusq; ſimul/qđ candidus/et qđ
 Sancta feneſtrato pectore uita patet.
Qđ tibi Priſca dedit Maurus cognomina Bochus:
 Antiquisq; micas clarus imaginibus.
Hinc auus:hinc pater eſt:pater Is qui claſsibus actus
 Dictauit patrias ſanguine nauus opes.
Ardua ſectatus cuius ueſtia ueſtigia:primum
 Fouiſti prima ſemper in arte locum.
Nec te:quod rarum eſt:perplexa negocia linquit
 Calliopæ feſsæ mentis amœna comes.
Sancta fides tua corda ligat. Tu ſemper Olympum:
 Semper Olympiacos tu uenerare deos:
Pro quibus ut meritis tibi præmia digna rependat:
 Fundit amalthææ cornua Chriſtus opis.

Scita:pudica:ferax:uiridi quoq; nomine et æuo
  Creuit in amplexus uxor itura tuos.
Hanc aluere deæ Charites:ſata ſanguine equeſtri:
  Felix felici digna futura Thoro.
Eſt quoq; ledæo ſimilis tibi frater amore:
  Fraterni decoris qui comitatur Iter.
Mars tamen excipiens blandis Hïeronymon ulnis
  Me cole ait/fratre hoc non minor eſse potes.

PRECATVR NYMPHAS VIGORIANAS (ID NOMEN EST LOCI IN AGRO BONONIEN.) VT AVERTANT AMOREM.

Vricolæ ſacra turba dei Nymphæq; Vigori:
  Quas penes eſt menti corda leuare Pio
Quid ueniam dulci lõge ſeiunctus ab urbe
  Quæritis/a domina quæ uagus aſtra petã?
Vos peto:ueſtra libens pia numina pronus adoro.
  Semper enim uati ruſtica turba placet.
Vatibus hic mos eſt per luſtra recondita greſsum
  Ferre:nec in celebri uiuere poſse Choro.
Hæc nocuere mihi Iani ueneranda bifrontis
  Templa/Venus ſummo nata tonante parens.

Chlorida ſideream fugio quæ preſtat olores:
Quos paſcunt ſtagnis aſia prata ſuis.
Seu canit aut fidibus gaudet certare ſonoris.
Seu prodit niueo conſpicienda ſinu.
Nec me ſola iuuat niueæ preſtantia formæ
Quam niuei mores: candida ſimplicitas:
Actæiq; ſales/riſusq; modeſtia ſollers:
Q*d* ſaluo gaudet ipſa pudore coli.
Q*d* celeres mouiſse pedes modulante Lyæo
Geſtit: et ad numeros brachia docta ſtatos.
Q*d* Pallas linguæ: q; q; inſidet ore Cytheree:
Geſtibus Euphroſyne. blandus amos oculis.
Hæc fugio/ Harpyiasq; reor: quas lumine leſo
Iunxit Agenoridæ ſceptrifer ipſe tonans.
Inſtat amor capiti/bellumq; luemq; minatur:
Nec iuuat ipſe cibus: nec iuuat ipſe ſopor.
Ad te confugio ruris Chorus: excipe feſsum:
Et uolucris furias arce faceſq; dei.
Et proſit coluiſse Pio pia thure ſacella:
Prociduoq; genu uerba habuiſse bona.
Nam faciles nouere deas qui ſupplice luctu
Orarunt contra lampada amoris opem.
Sic Leucate ſuos auertit flebilis Ignes
Muſarum decimam quam memor hellas ait.
Sic matrem uano miſerata auertit Horeſte
Diua pio gaudens nomine ab urbe coli.

DE MALVA HERBA.

m

Alua ſalutiferas inter uenerabilis herbas:
Quas alit irriguo terra benigna ſinu.
Te ſacram dixere magi: coiq; caterua:
Ferre cuĩ medicæ contigit artis opem.
Mira refert de te facundo Plinius ore:
Exerit et uires in decus omne ſuas.
Cum micat Eoo radians palantias ortu
Illico maluaceus imbuat ora liquor:
Omnibus hoc anno morbis/noxaq; carebis:
Contemneſq; piam ſic Themiſonis opem:
Et dictata uiri/cui dat prudentia nomen
Neſtoris/hic patriæ gloria ſola meæ.
Sideris afflatis ſuccurris ab impete membris:
Accipit et per te dira podagra quiem.
Promptius expediam quot fulgeat ignibus æther:
Et quota in Oceani bellua mole natet
Quam merito aſſurgam Maluæ in præconia uerſu:
Hei mihi qđ paruo manat ab ore ſonus.
O ſi pegaſei latices mea guttura tingant.
Et ſolitus prompto ſidat in ore decus:
Debita pro meritis fundam tibi carmina nec me
Vincat in herbarum laudibus ipſe Macer.
Sum quodcumq;/tuũ eſt Malache/tu cauſa ſalutis.
Sola Acherontæo retrahis amne Pium.

Iam niger inſtabat metuendo portitor ore:
  AEra petens ſtygiæ debita ſæpe rati.
Tabida cui lybici dederunt cognomina barri
  Corripuit penitus corpora noſtra lues:
Seu potius fluidos ſcabies irrepſit in artus:
  Qui focus agreſti nomine nomen habet.
Pallebat macie corpus/ſanieq́ pereſum:
  Errabat gelido mortis in ore color.
Faſtidita ceres nullos ueniebat in uſus:
  Nata ſeraptenis mucida uina iugis.
Flauentes cecidere comæ: caput inda tegebant
  Tegmina/ueſtiflui qualia ſeres habent.
Nec magis in Cithara nerui tenduntur et arcu:
  Tendebat nimius q̃ mea membra rigor.
Poſt medicos mihi ſaga preces admouit: in ægro
  Corpore nil Circe linguaue ſacra iuuat.
Sola mihi medicina uenis pia Malua: ſalubri
  Fomento medicas fers mihi ſola manus.
Nec tantum ob uires proprias tu digna referri
  Carmine/et Aonia ſurgere in aſtra tuba
Quantum decliui ſpectas qđ uerticê Phœbum:
  Solis et ad radios molle cacumen agis.
Pandis et ætheriis redimita nitoribus ora
  Florea/quæ quinis exeris in foliis.
Hæc radiant croceis diſtincta uaporibus: albus
  Quos quater abiungit mira per orſa nitor.

RVSCVLO SVO REFERT ACCEPTVM qđ a Chloride ſuſceptus eſt hoſpitio.

Lebam ego rura petẽs faſtũ auerſatus amicæ:
f Optabamq; mori dum moreretur Amor:
Leucada: Anaxaretæ funẽ/cupienſq; uenena:
Miſit amans uictor quæ Sophoniſba tibi.
Sæuus amor: truculẽta Venus: hæc lampade: hic arcu
Diſtulerant bello uiſcera noſtra truci.
Nec mihi ſideream blanda mollire ſalute
Chlorida: nec precibus flectere corda datum.
Errabam lachrymoſus amans/ſine ſede/ſine igne
Excepto qui me non ſinit eſſe meum.
Et mecum querulis ululabant flebile muſæ:
Blandiſoniſq; dolens Phœbus Apollo modis.
Dicebam. Clarium mihi ſuccinuiſſe ferebant:
Sythonia Chloris pulchrior una niue:
Et magis Inachio Chloris pauone ſuperba:
Durior his ornis: his foliis leuior:
Quæ certatim agitant Euri: Boreæq;/notiq;:
Mollis et occiduo quæ fluit aura polo:
Ferrea quid tantum potuiſti obſiſtere Chloris
Carminibus/phagos carmina blanda trahunt.
Biſtonii montes uatis pia plectra ſecuti
Præbuerunt dulci denſa theatra lyræ:

IIII

Carmine placantur manes/et carmine cælum
  Elicium ſupero trudit ab axe Iouem.
Ferrea tu tamen obſiſtis:nec muſa/nec ipſe
  Te trahit harmonica blandus Apollo fide.
Ingratam dominam:ſcopulis quæ ſæuior illis
  Quos ferit alterna curua malæa uice.
Ten ego non temnam/quæ me ſæuiſsima temnis?
  Ten mea non querulo uulneret enſe Chelis?
Quæ mea uulneribus crebris precordia uexas:
  Quæ rapida exuris corda peruſta face.
Hic ſubito improuiſa mihi rutilantior aſtro
  Idalio:aſtrigero uertice Chlori uenis.
Et ſaluere iubes iam iam præmortua corda:
  Afflatuqꝫ tuo ſurgit in oſsa ſalus.
O rus irriguo Alcinoi felicius orto:
  O magis heſperiis rura beata iugis.
Illa licet trifero mittant de germine poma
  Fœcundo iſta licet aurea mala ſinu.
Hæc mihi terqꝫ quater referunt mea numina rura
  Numina/quis aurum uilius omne micat.

Ad Ludouicum Geſilardum rurantem ꝙ amor nō hebet ex amicæ cōſuetudine ſed augetur.

Rua petis:Pius arua petit:ſunt corpore bino
a Eædem animæ uires unius atqꝫ animi:

Tu tamen Aſtrorum felicior ordine:corpus
Vrbanis retrahis ſollicitudinibus.
Te modo Calliope reficit:modo blandus Apollo:
Te modo dumoſa Cynthia ualle leuat
Semper adeſt/laterique tuo Domitilla perhæret:
Nec negat ex humeris retia ferre tibi.
O felix thorus/O thalamo duo iuncta fideli
Corda/ſed unanimi peruia corda fide.
Hic tenor:hæc uiridi quæ cœpit amore uoluntas
Perſtet ad albentes intemerata comas.
Non alio mage dignus eras Lytauice calore
Quam tua quo nimium te Domitilla domat.
Hoc tua candidior niuibus gelidisque pruinis
Vita:tui mores:culta Minerua petunt.
Palladiusque pater:cui manat ab ore uerendo
Quæ facili flectit ſaxea corda fide.
Ipſe ego uanus amans uana ſpe ludor:et erro
Auius a Muſis pieridumque Choro.
Nec mihi quæ quondam placuit uenatio cordi eſt:
Nec canis aut ſummis retia fuſa iugis.
Me Venus/et ueneris proles pharetrata cupido
Vexat/et e dominæ qui fluit ore decor.
Neu tibi neu uideat Geſilarde beatius uri
Qđ mea contiguus fulminat oſsa uapor:
Qđ licet alloquio dominam mollire rigentem:
Pectoraque aſsiduis flectere lachrymulis.

Nam magis exuror mihi quo dea iunctior hæret:
Acrius amoto flamma uapore calet.
Quin ego iam dominæ perpeſsus fulminis ictum:
Sidereo uemens qui uenit ore deæ
Duraram pectusq; mali aſsuetudine/et ignis:
Munito ꝙ oberat iam mihi flamma nihil.
Nunc dominæ nectar blandoq; modeſtia riſu:
Nunc lepor:et quicquid dulcius extra ligat
Occurrunt miſeroq; die/miſeroq; tenebris:
Ingerit et ſe ſe gratia iuncta mihi.
Qua mea lux fera corda domat:ſtyga:tartara:olym/
Retulit et uictis ſæpe tropæa deis. (pū:
Aſpicio quæcumq; placent:timor abnegat illa:
Hinc nulla eſt uotis meta futura meis:
Et uotis oriundus amor ſe ſuggerit usq;:
Atq; inopem reddit copia multa deum.

Locum Pratenſem deſcribit ubi amplexatus
eſt Chloridem.

f :Elices Violæ/nimiumq; nitentia prata:
Purpureus uiridi quæ lepor ambit humo:
Argentoq; pares qui garrulus expuis undas
Amnis ab Elyſio nomen adepte iugo.

Cuius in umbroſa Myrto Cythereide ripa
  Multa dolet raptum Cecropis ales Itym.
Quotquot et Elyſios/et amœna uireta piorum
  Dulciſonis mulcent per ſua plectra modis.
O qualem quantumq; hodie uidiſtis amantem:
  Effudit totos cui Venus alma ſinus.
Non ſemper notus ancipitem rotat impete Cymbã:
  Et mea nunc Aquilo carbaſa lenis agit.
Vix mihi/uix credo:teneo tamen omnia felix
  Quæ peperit uigili dura paleſtra manu.
Iniice mi collo fulgentia brachia Chloris:
  Brachia hyperborea candidiora niue.
Hoc preme/deliciisq; honera/quod ſæua catennis:
  Seua olim/ſolita es implicuiſse tuis:
Et pedibus calcaſse feris/domitumq; ſuperbo:
  Nec refugum dominæ ſuppoſuiſse iugo.
Cor tamen ante alios placidis complexibus artus:
  Si modo in abſumpto pectore reſtat/ale.
Excuſsere tuis uibrantia fulmina ocellis
  Quicquid in exanimi pectore cordis erat.
Hac ego fulmineis cruciatibus obice fultus
  Sum flammas paſsus dire Cupido tuas.
Sed tamen oppoſito componas pectore pectus:
  Quæ rapuit uitam reddere ſola poteſt.

IIII

AD CHLORIDEM Qđ AB EA LIBEN/ ter torquetur.

Valis ab aeria cantantes rupe puellas:
Terpſichore genuit quas Acheloe tibi
Infelix minyas linquēs Theleontius Heros
Per freta melliflua uoce trahente petit:
Qui niſi blanda Venus cupidis conatibus adſit
Liquiſset ſiculo brachia feſsa mari:
Talis ego ad dominām feror:et dulciſsima libo
Oſcula nectareis plena cupidinibus.
Nec mihi gratus eryx paphies accommodat ulnas:
Ambroſia totus:nectare totus alor.
Et periiſse iuuat: O ſi mihi fata deinceps
Tam mellita dabis mellea Chlori/tuo.
Irruo/præcipitiq; uolens in funera greſsu
Mox feror et uitam morte rependo libens:
Nec mors iſta tamen /quæ nectare dulcior omni eſt:
Vt bene uiuam igitur me dea coge mori.

Diuo Franciſco gratias agit:qđ rediit ad priſtinam ſalubritatem.

Muſe ſoteris Franciſce ſeraphice Chriſti:
Cuius in horribili ſtat Cruce noſtra ſalus.

S

Flecte pios oculos ad uulnera noſtra/dolores
Solus olympiaca tollere ab arce potes.
Nec te prima rex moueant mendacia mentis.
Scis culpam uitio ſolus abeſse meo.
Sit mea pro magno diues tibi teſte uoluntas:
Quæ tenui mica ſæpe litare ſolet.
A Eger:egenus eram:patriisq; auerſus ab oris
Faucibus in mortis carbaſa nigra dabam:
Brachia/quod potui:ſupplex fixusq; tetendi:
Nec refugis miſeras diue uerende preces.
Votorum ſed uiuo reus/gratæq; ſalutis
Immemor aſsiſii tegmina ſperno patris.
Ingratis nimis iraſci ſolet/impia contra
Viſcera de ſupera fulgurat arce deus.
Teſtatur tyrrhena cohors/quæ cælitus aucta
Hymbribus ætherno uouit opima Ioui.
Vouit opima Ioui/ſacrisq; penatibus exta
Annua de decima qualia meſse parent.
Sed neglecta dolis hominum cæleſtia corda
Præſserunt rabida rura peruſta ſiti.
Immemor amiſsi Titonia Memnonis uxor
Non lachrymas gelido fudit ab ore pias.
Nec puer Iliacus pluuiali ſparſit ab urna
Optatos latices/oleniumq; pecus.
Flagrat ager/ſpoliatur humus/ſpoliatur et arbor
Non ſecus ac Climenes erret in axe puer.

Corpora ſtrata uirum:bos eſt enectus arando:
Veſanaq; ruunt agmina cuncta lue.
Si quis ab exitio uoluit ſupereſse:penates
Liquit/et externo queſiit orbe fugam.
Deuouitq; domos dulces/et limina grata:
Ingrata ætheriis limina cælitibus.
O miſerum ſine fine Pium/nunc commoda captes
Tempora/ne læſi ſeuiat ira dei:
Sera uenit ſuperum grauior mortalibus ira.
Eia age de ſacra corpora ueſte tegas.
Vellera nec giluí nimis auerſare coloris:
Pro quibus ætherno munere uita uenit.

Inuitat Thamyram accingatur ad ſcriptionem amatoriam ex tribunatu nuper omiſsam.

e Rgo tuos rapient ætherna obliuia amores
Pierii Thamyras gloria prima Chori?
Nec tener Idalia ꝓfugus cũ matre Cupido
Diriget articulos ad ſua plectra tuos?
Mutus erit Pæan/et turba ſororia muſæ
Non ſolita Cyprin tollet in aſtra lyra?
Parcite flammigenæ/uobis licuiſse queruntur
Iam nimium Phœbus Caſtalideſq; deæ:
Sit licet hic ſacro uates ſacer altus honore:
Et patrium iuſto temperet ore forum.

Non populus:non lex:non cuncta negocia tanti
Linquere ut expediat ocia lenta ſibi.
Eſt mollis paciſq; comes/ſociuſq; quietis:
Non ſtrepitus populi:non rude murmur amat.
Turbida conueniunt rabidis ſubſellia gracchis:
Hæc quoq; dentatus:hæc Apuleius amet
Si cui mens calet/et rapitur popularibus auris:
Quem trahit alterna ſpeſq; timorq; uice.
Inſtar erunt Thamyræ magni iuſtiq; triumphi
Si quatet arguta tinnula plectra manu:
Primus et Aonios uates canet inter olores.
Hæc bona diuitiis diuitiora putat.

Ait ſe nullo nouo igne poſse a Chloridis amore reuelli.

Vid mihi bella moues ſopito pectore Chloris?
q Languida quid rapida concutis oſsa face?
An uerita emigraſse meo de corde/retentas
Frigenti flammas elicere e cinere?
An iuuat inſigni facie crudeliter uti
O nimis in cladem pulchra puella meam?
Neſcio quicquid id eſt/tu me tamen acriter uris
Vris.amor calidas arce proterue faces.
Nil ego deliqui:me nulla licentia mutat:
Nulla peregrino torret amore Venus:

IIII

Sola ſerenato fulges mihi uertice Chloris:
Sola triumphati cordis opima refers.
Non uia me: placiti non diſsita rura Vigorii:
Mutat et elyſium qui prope uernat ager.
Te licet auertant cordis caſtella crepantis:
O bene tormento nomen adepta meo:
Ipſe temen fidei memor in tua caſtra relabens
Non alio mentem/non mea corda traho.
Mille licet niueo rutilent heroïdes ore:
In quibus implicito fulget amore Venus.
Cum redit illuſtris Raphaelis luce triumphus:
Felſina qua rapidos currere cernit equos.
Annua qua properant crudi monimenta duelli
Cum cecidit ſupera barbarus hoſtis ope:
Ne nimis incendar ualido ne torreat æſtu:
Labar et in flammas dia puella time.
Soluat: ſepoſitoq; uaget ſine liber amore
Et Venere/hoc numquam Chlori decora time.
Donec erunt Ignes/puerique uolatilis arcus:
Cypris et ardenti ſæuiet alma face
Semper inherebit noſtro ſub pectore Chloris:
Dictabitq; animo dulcia iura meo:
Et iuga quæq; libet placida ceruice ſubibo:
Sic amor/et magni ſic uoluere dei.
Tu mihi ſæua quidẽ/placet hæc mihi formã rebellis.
Venor/et ammiſſo præda labore iuuat.

Rurſus et ipſe plagas maculoſaqꝫ lina retexo:
Et capere omiſsæ Chloridis ora placet.
Siſyphiiſqꝫ labor ſimilis cruciatibus oſsa
Corripit: et uires detrahit ipſe meas.
Paulatimqꝫ fluunt noſtro de uertice cani
Nec redit albeſcens in ſua iura caput.
Non ita mi tepidis Venus inſtitit aurea flammis.
Non ita amor uanis fixit arundinibus:
Seruitium ſed dulce mihi/gratæqꝫ catennæ:
Candenti nectis quas mihi uita manu.
Quodqꝫ ſerenatis infers mihi uulnus ocellis
Dulcius eſt dulci nectare et ambroſia.

Diuæ Hippolytæ Vicecomiti.

q
d' me palladio tollis ſuper aſtra fauore:
Et radiis afflas Nympha decora tuis
Rē facis Heroo dignā mea numine diua:
Principibus qua non aptior ulla uiris.
Hic ſuperos imitatur amor: mortalibus illi
Nec meritis propria ſemper ab arce fauent.
Cum micat Eoo Phœbus Titanius axe
Auricomum ſpargit cuncta per ora Iubar.
Cum tonat et pluuio tingit ſola Iuppiter ore
Surgere miſta roſis dira cicuta ſolet:

Sic túus immerito fauor ardua ſidera uati
 Donat/et in ſuperos ſcandere laude facit.
Nec mirum ſi diua deos imitaris.id afflans
 Gratia/et Idalio fulgor in ore probat:
Quo mea perpetuo uinxiſti pectora nodo:
 Quo tua ſacrifico numina thure cǫlam.

Deprehenſus in furto amorem execratur: accingitq;
ad interpretationem Sidonii Apollinaris.

Rōdiferū nemus/et Nemoris nō obuia luſtra:
 Siluaq; non uiridem cædua·falce comam:
Multicaui latebræ tofi/latebroſaq; montis
 Terga Lycaoniis uix adeunda feris:
Veſtra cicuticines miſero date iubila fauni:
 Arcas et hirſuto ſuccinat ore deus:
Si modo ſola queunt cum montibus horrida teſqûa:
 Duraq; commiſſam ſaxa tenere fidem:
Si modo ſola queunt ſilueſtria numina lapſo
 Ferre ſalutifera mite leuamen ope.
Vror ut ætneæ tum cum Catinenſia flammæ
 Mœnia anhelato præcipitant cinere.
Vt Liparæus ager:utq; AEolis inſulā flagrat:
 Meq; uaporato Vesbius ore premit.
Depoſito non præſtat opem Podalirius ægro.
 Cura Machaonia maior et iſta manu eſt.

Obſtrepite o Satyri lachrymis. Nonnulla miſello
  Auxilia impliciti lingua querentis erit.
Ambroſias lacerata genas/lacerata capillos
  Funereo comes/I/Cypris anhela rogo.
Cinnameos nimium lacerate pharetriger artus
  Cinnama in exanimum funde cadauer amor.
Me tua ſæua faces/pariter ſeua arma ſagittæ
  Nunc peragunt æqui iudicis ore reum.
Tu mihi palladiqs latices/nectarq; bibenti
  Tantaleum oſtenſo melle uenena paras.
Tunc ego Mæoniis forſan non uiribus impar
  Pro Phrygiis ſumpſi Lydia plectra modis.
Quisq; dabas lachrymas parili modulamine ſumpſi
  Organa/et horriſonæ gygia fila Chelis.
Barbite mœſtificis non commoda uiſa querelis:
  Dulciter aut gemina Nabla citata manu:
Cum mihi ſe paſsu uiolenta tragœdia mœſto
  Atq; Menandræi Muſa beata ſalis
Et mihi ſe Herois regali cincta caterua
  Offerret ſacro diua uerenda gradu
Fleximus ingenium ad prædulcia mella Philetæ
  Et Tei placuit ebria muſa ſenis.
Tu mihi materiam: Tu carminis orſa dediſti
  Articulis moderans dulcia fila tuis.
Carmen erat/nitidum ſi forſan Orontide myrrha
  Munditer impleſſet noſtra puella ſinum.

Aut ſibi ſi modicos Sicyonia uinxet Aluta.
AEtherios pellis aut hederoſa pedes.
Si crinem/crinisq; globos/fruidasq; capronas
Arrabicæ undaſset gutta beata ſabæ
Crinis erat/crinisq; globi/fluidæq; capronæ
Carmen/et iliaci carminis hiſtoria.
Cantabam:memini:clario preſtare capillo:
Nec tantum in bromia fronte iacere decus.
Si tyrios ſumpſit cultus/coasq; lacernas
Gaudebat uerſu facta ſuperba meo.
Sic mihi deperiit dubiæ lanuginis ætas:
Floridiorq; animi ueris honos abiit.
Tu focus erroris:tu cauſa ſagittifer ales:
Tyndaris et dubiæ tu Cytheræa rati.
Stulte quid exerces ſurdas pueriliter auras?
Saxaq; lachrymulis humida facta tuis?
In tua me dono bona mens ſacraria:ducas
Huc:ubi ſunt celſi libera ſigna Iouis.
Propoſitum eſt teneri fera uincla reſoluere amoris
Et ſi Leucadii mors ſubeunda maris.
Leniat interea Gallus mea uulnera uates:
Cui meritum cantu nomen Apollo dedit.

T

LEONORAE VICECOMITI MEDIOLAnenſi eam laudat:qđ muſicum organum ſuauiſsime atrectauit:immixtaq; Cantilena demulſit adſtãtes.

Vlce melos digitis Leonora niualibus urges:
d Et ſequitur blandas uocula blanda fides:
Hic modo nos prædat amor:prædãtur ocelli:
Quiq; ſonat grato plurimus ore lepor.
Cædit olor:melico cedunt Acheloides ore:
Cecropis et nulla dulcius arte canens.
Mitibus illecebris:plectriq; loquacis ab ictu
Mulcetur paphiæ trina caterua deæ.
Adſiſtitq; Chorus Phœbi:mellitaq; uerba
Excipit:atq; tuo doctior ore redit.
Ingenui tibi ſunt mores:tibi uita pudica:
Formaq; ſidereos apta mouere deos.
Summe ſinus caſtæ(ſed caſtior ipſa)Dianæ:
Terror eris pratis/terror eris nemori.
Summe facem:et uariis circumlita cingula philtris:
Mox amor:ut matri:baſia blanda feret.
Pocula marmorea circumfer candida dextra:
Eſse ſuam credet læta iuuenta deam.
O felix nimiumq; deis accepte ſecundis
Qui frueris caſto culte poeta thoro.
Eſt formoſa:decens quales Heroïdas aiunt:
Miſtaq; cum lepido uita modeſta ioco eſt.

Nil mirum culto nomen de principe ducens
 Si pater usq; animam prædicat eſſe ſuam.
Quæq; parens cunctis præſtat candore puellis
 Hippolyte: cordis uincula blanda ſui.
Viue diu nec te nobis uaga curia cæli
 Inuideat: ſtygius neue tyrannus amet.
Eſt Helene formoſa illic: eſt candida Tyro:
 Argolicæ matres: Romulidæq; nurus.
Sola decor terræ: aut nobiſcum uiuere diſcas
 Aut tecum in ſuperos nos pia diua Vehe.

ELEGIDION PII BONONIENSIS. LIB. V.

CONSTANTIAE ZAMBECHARIAE BO-
CHIAE PHILEROTIS GENETRICI.

b ELLA: FERAS ACIES: MAVOR-
tia claſſica: pugnas
APPARAT HOSTILI DIRA Me-
gæra manu.
In latium coniurat Iber: coniurat Alanus:
 Et quicunq; padi præpetis ora bibit.
Cimbrorumq; minæ: Germanorūq; ululatus
 In noſtrum exacuunt barbara tela latus.
Gallia inulta cupit ueteres abolere triumphos:
 Quæq; ſub inuicto Cæſare damna tulit.

Roma ſitu poſito rediuiuas auſpice iulo
Deuotum uires exerit in Venetum.
Sordet amor:ſordent Veneres:et amoris alumnæ:
Et choreæ et cantus et bona plectra tacent.
Candida pax trahitur paſsis in terga capillis.
Terror iö magna uoce triumpe canit.
Qd' niſi tu cæli Conſtantia diua fauore
Fulſiſses dubiæ ſtella benigna rati
Non riſus:non feſtum eſset:non gaudia:non pax:
Nec placidæ menti dulcis amica quies.
Nos quoq; muſsarum comites per inhoſpita luſtra:
Atq; habitata uagis deuia ſaxa feris
Ereptam dominam/ereptos fleremus amores:
Et gratum in caſtris quidquid amoris erat.
Tu tamen et Venerem referens et Pallada/uultu
Sudifico tenebras et mala fata rapis.
Tu Martem: Tu bella fugas: Tu ſidere fauſto
Dirigis in portus naufraga uela tuos.
Larga tibi/præparca aliis fortuna benignum
Fœcundo effudit axe fauente ſinum.
Iuppiter afflauit regalia pectora:mentemq;
Imperii dignam ſceptra tenere ſui.
Blanda Venus dulces animos:mellitaq; uerba:
Purpureaſq; genas/perpetuumq; decus.
Quo uicti recidunt animi:cui ferrea cedunt
Viſcera:et auſteros ſcit domuiſse uiros.

V

Attonitumq; Iouem ſub imagine ludere Priſca
Tentantem Tauri cornua falſa ſui.
Ora ſeneſcenti tegeaticus ales olore:
Euboicis Nymphis et meliora dedit:
Quis mentes traxiſse feras: quis ducere quercus
Vidimus/ et gratum ſaxa ſecuta melos.
Sol blandi genitor riſus ſtygis antra ſerenat:
Atq; eblanditus ſidera paſcit amor.
Iuno ſupercilii uallo curuauit ocellos:
Præbuit et niueas docta Minerua manus.
Neptunus latus. At Titania diua/ Tethisq;
Articulosq; leues/ exiguosq; pedes.
Tota deces. ſeu quid loqueris: ſeu incendis agis ue
Furtim ornat ſocio iunctus amore lepor.
Quid loquar illuſtres titulos/ proauita decora?
Et clarum Priſca nobilitate decus?
Stemmata prætereũt quem Zambecharia? quis nōn
Atria ſumma tuis ornat imaginibus?
Hinc auus hinc proauus patriæ moderatus habenas:
Cui pia perpetuum Curia ſanxit ebur.
Nec uirtute pater minor emicat: hunc licet uſq;
Preſſerit indigno fors uiolenta pede.
Crudelisq; uices expertus fortis Achilles
Rettulit edomita clara tropæa dea.
Ductoris Macetum nec re nec nomine diſpar
Romuleo frater nunc mouet arma foro.

Ille uelut uiciſſe hoſtes/uiciſſe rebelles
Gaudet/et inuicta ſternere caſtra manu
Non ſecus hic iuſti conſtans Athleta Solonis
Veridico latium temperat ore forum.
Iura patrocinii Germania fortis adorat:
Et clypeo tegitur Gallia tuta ſuo.
Bethica:et a noſtro diuerſa Britania mundo
Tractat Alexandro prælia iuſta duce.
Qui bonus orator:ciuis bonus:optimus æqui
Ductor honorato uertice in aſtra ſubit.
Heroos ſpirans animos mauortis alumnus
Dulichium Thomas usq; ſequtus iter.
Occiduos tractus:tractus permenſus eoos
Nunc patrio ponit ocia leta ſolo.
Conſortemq; thori canæ pietatis iulum
Cultorem Priſcæ ſimplicitatis habes.
Aureus in gremio Phileros nutritus amorum
Mulcet apollinæa ſidera celſa Cheli
Vnica fœcundi felicia pignora uentris:
Qua diuam ſuperas prole gemelliparam.
Seu tenerum deducit epos:ſeu barbiton urget.
Seu mouet argutæ garrula plectra lyræ.
Noſtra palæmonio ſeu pulpita personat ore.
Fulminaq; ingenito ſeu Cicerone quatit.
Sed cunctis meliore bonis mortalia uincis
Omnia inexhauſtæ dote pudicitiæ:

Qua cæli properans dorſo ſubſiſtere: gaudes
Ingenio terram ſuppoſuiſse tuo.

REVEREN. D. SIMONI BONADIES Epiſcopo Immolenſi Moderatori BONONIAE.

Lterius Legate Iouis: qui mittit ab arce
Fulmina Tarpeia non nocitura piis
Præſidiũ/muſæq; Simon pereuntis aſyllũ:
Cuius Apollineo ſpirat in ore lepor:
Quem redimunt ueneris famulæ: græciq; Periclis
Diua potens animos flectere: corda potens.
Siue tuo pendet trabeatus ab ore ſenatus:
Sacrifico patrium ſeu regis ore forum.
Nimirum iuſto qui cuncta examine librat.
Si deus æmyliæ dat regionis honus
Sceptra tuo cedens moderari felſina nutu.
Nec minor eſt humeris ſarcina tanta tuis.
Hoc mores ſuaſere pii: probitasq;: fidesq;:
Integer: et flecti neſcius ære tenor.
Te celebrant lauro redimiti tempora ciues:
Pacificumq; uocat curia ſancta Numam.
His Pius Aonio plaudit de uertice: ſperans
Traiani muſis aurea ſecla fore.

SILVIO GVIDOTTO BONONIENSI.

I tibi Nummorum Siluam dent optime Silui:
d Et ferrata tuas archa flagellet opes:
Mardonii effodias theſauros Hercule dextro.
Mercurius merces proſperet atq; lucrum.
Inq; ſinus patulos ueniat Danaeius imber:
Quiq; coloſsicolam fertur adiſse Rhodon.
Hæc ſincera fides: animus uirtutis amicus:
Candor: et in ſuperos præmia poſcit amor.
Tu Tagus es Duriusq; Pio: Pactolus et Hermus
Vraniæ fundens cornua ſemper opis.
Di tibi dent quodcunq; cupis. ſed nota modeſta.
AEqua petens meritus maxima: plura feres.

ACHILLI PHILEROTI BOCHIO BONONIENSI.

Vſarum Comes et ſancti ſpes unica patris:
m Cui ſenium ante pilos conſiliumq; uenit
Venimus huc ſpreto: tribuit quē curia: faſtu:
Liquimus et dulces ingenii illecebras
Fomentum uitii: retinacula blandula mentis
Ne queat aſtrigeri præmia ferre poli.
Gluten honos animæ eſt: obtortoq; inuida collo
Angit: et in cælum non ſinit ire quies.

Credidimus genio: qui nos per inhoſpita uectos
Saxa dedit græcæ Calliope comites.
Hic licet ambiguis animum excoluiſse Platonis
Artibus et cura Coe diſerte tua.
Hic uatum haurimus dulcis modulamina linguæ:
AEſchinis fulgur: Lecyton Iſocratis.
Florilega ſapiens ſenſim Demetrius arte
Imbuit: et phyala pectora Tantalea:
Vincla clientelæ quis nos Iſabella tenebat
Rupimus. at patulo munerat alma ſinu.
Lurida Memnonius conciuit claſsica liuor:
Qui ſatrapas iuris non ſinit eſse ſui.
Grata dedit curis uirtus ſolatia noſtris:
Qua ſine nec regum munera magna uelim.
Ergo uale: et lepido reddatur epiſtola melle:
Teq; tuus nobis chare perennet amor.

De crine Galateæ.

On ita Apollineam frontem radioſus opacat
n Crinis: et in Bacchi uertice ſic rutilat.
Non ita germanis cincinnus flectitur oris.
Siue ſubeſt arti. ſeu regione decor.
Non ita acidalio capiti fulſere capilli
Cum timuit Phrygii iudicis ora Venus

Non ita Dianæ cum uidit Hyantius heros
 Fonte renudato corpore ſe lauere.
Non ita in Earino fuit admiranda miniſtro
 Nec decuit/Marci carmine nota coma:
Quam tua cum fuerit ſpecula ſublimis in alta
 Colla uenuſtauit crinis eburna decens.
Vt mea mulſa tui ſpectacula honeſta capilli
 Fecerunt: uidit nec quis amabilius.
Flexibus undoſis coma ſic radiabat ad imum:
 Qua uelut in ſpeculo conſpicuus fueram.
Sæpe flagellabant nitidiſsima dorſa: genasq;
 Dum faciem crebris ictibus aura ferit.
O quantum laſsata acies dum pupula cernit
 Deliciasq; meas/deliciasq; ſuas.
Neſcio an arrabico ſpirabant unguine pingues:
 Hoc ſcio ſpirabant ſuauius arrabia
Et tribus arrabiis numeres Eudæmona q̃uis:
 Aruaq; quæ Bacchus tigridibus domuit.
Fac coma te poſsim: dominaq; per omne fruiſci
 Tempus. amor munus mutuus hoc ſibi uult.
Sic tibi perpetuum uer et decor integer eſto.
 Sic mihi pro uere hoc des Galatæa tuum.
Sic coma decertet fronti: frontisq; decori:
 Deq; bonis tantis ſim quoq; particulo.

V

COMAM APOLLINIS TONSAM DEPLO RAT.

Vreolas cur Phœbe comas: cur ponis honorē?
a Quo deus: intonſus: pulcher: ephœbus eras.
Ten pudet admeti niueas pauiſſe iuuencas?
Fulmine combuſtum uel Phaetonta gemis?
Pectore cauſa latet ſuppreſſa: nec amplius idem
Fulgurat in triſti punicus ore color.
Prima corymbifero dabitur nunc laurea baccho:
Et domito niueis te reuehetur equis.
Belliger hoc uoluit deus: hoc Cytheræa petebat:
Quæ tulit indicio uincula nuda tuo.
Crine decens ſuperos inter: nunc crine ſuperbit
Victori: et domito te tua Bacchus auet.
Seruiet huic Delos: frondoſa cacumina cynthi.
Hunc medium terræ delphica regna colent.
Solus et ætherios Bacchus moderabitur axes:
Atq; iterum admeti delphice paſtor eris.

Ludouico geſilardo.

Empora ſi celebres antiqua tulere ſodales:
t Si quis et eximio notus amore fuit.
Si quondam Alciden coluit Pæantius heros:
Et phrygium fratrem mollis amauit amor.

Pirithoum Theſeus:iuuenis Phocæus Horeſtem:
Falſiparens genitum Thiodamante deus.
Non tamen eſt noſtro Geſilarde potentior igne
Hic licet a cunctis concelebretur amor.
Te puerum colui puer:et cum cana ſenectus
Auferet omne meo corpore robur:amem
Ante colam cineres et te poſt fata:nec ullus
Soluet amicitiæ mutua uincla dies.
Qualis Hamadryadum mors eſt cum quercubus:idē
Et necis ambobus exitus unus erit.
Pocula non ſtygiæ ducent obliuia Lethes
Hæc licet et pleno mortuus ore bibam.
Hic erit æthereo Ioue ſed diuturnior ignis:
Nos adamantæa compede iunxit amor.

Eidem Geſilardo.

Ic ubi Lympha leui deſcēdit amœna ſuſurro:
h Atq; loquutrices excipit ornus aquas
Terra uiret muſco tecta:et nemoralibꝰ undis:
Feſſa pii releuant qua ſua membra dei.
Hic uolucres promunt docilis modulamina linguæ:
Hic reficis ſolitos dulcis Acanthi rubos.
Populus alba comas:ſuibus gratiſſima quercus:
Stat leuis humentes cannaq; propter aquas.

V

Paruula qui ſenio ſuſcepit membra cicadæ
Hic roſeæ queritur non placuiſse deæ.
Garrula quæ ueteri madefactum ſanguine hirundo
Pectus habet dulci ſuccinit ore melos.
Deflet Amyclæus iam iam uenientia Cycnus
Fata. ſuam Phœnix hic gemit uſq; necem.
Hic Nymphis dulci Geſilardus nectare bella
Dictat: et Heroo punica geſta pede.
Hunc Heliconiades comitantur ubiq; ſorores:
Et ſpargunt latices docta per ora ſuos.
Fruge meduſæi paſcit hunc montis alumnum
Phœbus: et Aonias ingerit ore dapes.
Hic datus exemplar: noſtræ datus orbita uitæ eſt.
Hunc ego Panchæi thuris honore colam.
Hic mihi ſolus erit cæleſtum ex ordine numen:
Nec famulum ſpernet forſitan ille ſuum:
Qui niſi ſit ſuperum diuino ſemine cretus
Sidere congenitum me rear eſse ſuo.
Dimidium tenet ille animæ: tenet unus amici
Cuncta: nec eſt cordi ni ſua cura meo.
Quod cupit: ardenter cupio: iuuet ire ſub umbras
Tartareas ſtygium nos capiemus iter.
Si iuuet experidum bello expugnare draconem:
Lernæam pariter exuperare feram
Prima uenenati experiar certamina dentis:
Vinciet et corpus orbibus hydra meum.

Expleat hic pylii cumeæ tempora uatis:
Calculus albenti ſignet et illa nota.
Labentes ueluti torris Meleagrius annos
Seruabat: quem iam Theſtias uſsit atrox:
Sic ego ſi uiuet uiuam: defunctus obibo.
Ille necem: uitam datq; adimitq; mihi.

Antonio.

Cui Romuleos licuit prope cernere muros:
o Et dare terreno baſia prona Ioui.
Ad patrias rediens rogo nō inglorius arces
Romanum Antoni pone ſupercilium.
Martia non opibus toto ſimul orbe petitis
Roma tuæ immemorem prouocet eſse domus.
Cymba uelut magnis ſine remige quaſsa procelis
Errat in immenſo mox peritura mari
Felſina pacifico ſic principe nobilis orba
Quid niſi ciuili ſperat ab hoſte necem?
Diruis æquali tu bella domeſtica lege:
Impauidos ferri lingua diſerta domat.
Troica te merito quamuis ueneretur honore
Roma tamen patria ſoſpes in urbe mane.
Sis licet ipſe procul: dominamq; reliqueris urbem
Quodq; poteſt cælo Iuppiter: orbe poteſt.

Hic deus exibuit nigrum tibi ſummus honorem:
Hic tribuet capiti pilea rubra tuo.

Ad amicum ignotum

Leſius Aonidum celeberrima fama ſororum:
b Et gemina Clarii doctus in arte dei:
Qui te non dubio quiſquis ſis ardet amore:
Optat et ad cineres ſit comes usq; ſuos:
Hic mihi pierias auidum te inuiſere muſsas:
Gorgoneumq; refert ſcandere uelle iugum.
Cum bene per colles: et palladis auia curras
Parnaſi comitem quæris habere uiæ.
O me quam genitum felici cardine cæli
Si ſimul aonium carpere detur iter.
Candidulo ſignanda foret mea uita lapillo:
Nec me ageret uolucri ſors leuis orbe rotæ.
Quid mihi cum ſacro foret exitiale ſodali?
Bellerophontæum qui bibit ore melos.
Me iuuet infernas comitem ſimul ire ſub umbras:
Atq; promethæi uulturis ungue trahi.
Si uelit hic libycos patiar nec territus angues:
Siſyphium lapidem Tantaleamq; ſitim.
Non mihi parnaſi potare biuerticis undas
Fas erit: organico non helicone frui

Pegaſides uel adire deas: fontiſq; receſsus
Caſtalii: ſi non te duce carpo uiam.
Te duce: quem ueneror nundum nec nomine notū,
Sed tuus ut certo pectore uiuit amor.
Sic Parin ignotam memorant arſiſse Lacænam:
:Noſceret ut dubium per mare fecit iter.
Bleſius alternos feret internuntius Ignes:
Ille meam referet dulcis amice fidem
Ille tuam. ingenti ſic pectora iunget amore
Vt non Pollucem tam bene Caſtor amet.

Achilli Phileroti Bochio.

Stra ſagittiferum præcedent fulgida mitram:
Solis et obſcura nocte uehentur equi:
Magnaq; nigrantem lux irradiabit auernū:
Luror et ætherios cinget ubiq; polos.
Et ſuperum iurare: licet metus urgeat illos:
Sancta cohors ſtygias non dubitabit aquas.
Per ſiluas uolitare canes: uolucreſq; ferarum.
Cernemus duri luſtra habitare ſoli:
Committentq; lupi Dammæ ſua corpora roſtro:
Et lepus arcadico membra citata cani.
Et Phaetontæi Cycnus non immemor axis
Fulmineas cupiet ſcandere poſse domos.

V

Deſinet æquoreis caput obiectare procelis
AEſacus: et rapidi non petet ima maris.
Turbaq; memnonidum canet exequialia mitis
Iuſta: neq; hæc tumuli tinguet herilis humum.
Congeret aeria nidum ſuper arbore perdix:
Thysbæas linquet blanda columba phalas.
Diliget immitem pia Dædaleona cothurnix:
Fida gemelliparæ quæ tulit auxilia:
Cui uolucris ſubito data uerſicoloris imago
Dum fugit omniuoli dulcia furta Iouis.
Labilis audaci congro murrhena relinques:
Et cum ſquamigeris barre feris odium.
Nilicolamq; feram cautus crocodilon ichneumon:
Diliget infidam rex Haliettus auem.
Quid moror exemplis? quorum me turba fatigat:
Naturæ ſolitum nil peragrabit iter
Si me: quod fari timeo: nec littera ductu
Audet arundineo prodere: prodet amor.
Dulceq; uernantis lumenq; decor q; iuuentæ
Orbe Pium toruo reſpiciet Phileros.

Ludouico Geſilardo.

Rbe procul quid agam ſi quid te ſcire iuuabit
u O decus et uatis ſpes Geſilarde tui

X

Cum ſatyro exilarat feſſum Bleſilla diſerto:
Sæpe ſoles genium quem uocitare meum.
Cuius amor: dulcisq; lepor/riſuſq; faceti
Non ſunt cecropiis inferiora iocis.
Luthea cum roſeas profert aurora quadrigas
Rore nouo corpus nos uegetare iuuat.
Sedula turba canes rapidi ſua terga ſequuntur:
Naris odoratæ nec comes alter abeſt.
Vertagus/aut gallo nutritus ſcymnus in aruo
Præcipiti ſequitur luſtra ferina pede.
Aut proni inuitant lepores uelocia membra/
Damma/ uel excelſis montibus actus orix.
Hi predam rapiunt alacres: illiq; ſalutem:
Ambobusq; animos ſpesq; timorq; facit.
Rideres pigrum muſæ præmollis alumnum
Per uaga precipites rura mouere pedes.
Phthius iolcæa nutritus in arce tyrannus
Therſiten ueluti præteriiſse gradu
Dicitur: aſsiduis ſic nos præcurſibus anteit
Cornipedi ſatyro par pedibus ſatyrus:
At cum phœbus equos accliui in limite ſiſtit
Flectimus ad modicæ tecta beata caſæ.
Ingenio hæc ſeruit tanquam Academia: lycium/
Et loca/quis nomen docta minerua dedit.
Albius hic feſsos recipit blando ore Tibullus.
Hunc elegi patrem carminis eſse rear.

Hic abiiſse querens Nemeſin/ miſeranda renūdat
Vulnera/et ingenio ſubdit amara meo.
Allicit hic mentes/trahit/urget honore camenæ /
Nec minus auditor q̃ cruciatur amans,
Auſonius pariter graio ſale pectora mulcet/
Et quatis aonias docte Catulle fides.
Blandus et eneruis gemebunda Propertius ora
Exerit:huic genius ſeruit et alma uenus.
Cuncta facit iucunda mihi:genialia cuncta
Fundus:et urbanam tergit amariciem.
Solus abes: abituq; tuo mea gaudia rumpis
Nec ſinis optatos carpere poſse dies.
Ergo ueni:ſatyramq; tuam ad felicia ducas
Ruſcula.adeſt ſatyrus.fibula ſed ueniat.

Ludouico Geſilardo Bononienſi ut peſtem pattiam uexantem ruſtico ſeceſsu declinet.

Vlius ardet. Ager moritur: moriūtur et herbæ:
i Ruſticus et ſegetes:farraq; toſta metit.
Theſtilis alba comas herbas confundit olentes:
Et laſsum excipiunt allia miſta gregem.
Titonusq; ſibi placet:et conduplicat æſtu
Murmura riuali non placitura ſuo.
Quoq; mage infeſtor diſcors bacchatur Erinnys:
Quam iuuat informi quæ furit urbe lues.

Qualis apollineis uibrata per agmina telis
 Dorica: pliſthenii puniit acta ducis,
Infectam exoſus patriam iuuenisq; ſenexq;
 Coniuge cum chara pignoribusq; fugit.
Tu tamen es lentus cæli ſecurus et iræ:
 Qui parat a ſupero uertice bella: Iouis.
Parce tibi illæſumq; meis amplexibus offer.
 Hoc petit et timida iam Domitilla prece:
Inuiſas genialis agri dulciſsima tempe:
 Quo neq; uis peſtis: atraue cura ſubit.
Hic tibi non aures honerantur triſtibus ullis:
 Luminibus ue nocent dira theatra tuis.
Mox adero: Teiq; ſenis: dulcisq; Philetæ:
 Romaniq; aderit pagina Callimachi.
Diluet ancipites curas tener Albius: et qui
 Paſseris extincti fata proterua gemit.
Donec hiulcat agros radiis hyperionius Sol
 Subtrahe te aſsiduis ſollicitudinibus:
Et tibi te furare repens Lytauice. propinquo
 Admonitus debes cautior eſse malo.

Sebaſtiano Magio Pannonio diſcipulo

Vſarum ſoboles magidis ſpes maxima Pauli
 Cui charis et docto ſpirat ab ore lepor.

V

Dignus es aonii cui plaudant carmine olores:
Centenisq; cadat uictima lecta focis
Nigra racemiferum ueluti colit india bacchum
Virtutiq; dedit præmia celſa ſuæ.
Sicut echioniis celebrata piacula thæbis
Poſsidet abſorptis Amphiaraus equis.
Mopſus et Alcides: Pæan: Tirynthius: Hammon
Quæq; ſerenatus numina mundus habet.
His dedit aſtrigerum uictrix prudentia cælum:
Fecit et in nitidis aſtra micare polis.
Si tribuat mentis parili tibi munera lance
Iuppiter: in ſuperos ibis ab orbe lares.
Vnde uenis dabitur ſtellis rutilantibus aptum
Perſpicue abſterſa nube uidere polum.
Contigit ante diem: tardisq; citatior annis
Ingenii Magides unda beata tui.
Carmen apollinea meditaris arundine quale
Maſcula Thæbanæ lesbis amica lyræ.
Quale uel æthriuagus ſublimi Pindarus ore
Auritis quondam luſit Hamadryadis.
Quale dedit: ſuperæ cum uictor olympius arcis
Iuppiter: aurata Phœbus Apollo lyra.
Quale ſub anguipedis capripes Pan Smilacis antro
Floricomo: ſtipula cantat Hyante melos.
Quale prope umbroſi recinit Maro culta Galeſi:
Quale Philetæo nectar ab ore fluit.

Perge meduſæi cultor celeberrime ruris
Scandere pierio celſa per aſtra gradu.

Geſilārdus ſororem alloquitur.

Dolor: et ſecum ſonitus elegidia triſtes
i Viſite in ærumnas ſaxa proterua meas.
Huc ſuperos: et qđ qꝫ polo eſt educite numē.
Peruia ſint modulis ſidera celſa meis.
Non ego mortali poſſum inmortalia uoce
Tangere: et hos aditus non mea muſa feret.
Dicite me laſſum uitæ: pelagusqꝫ parantem
Effugere: atqꝫ undas præcipitesqꝫ notos.
At ſequor et nectar: phœbiqꝫ ſonantia plectra:
Et tremulo accingor ad mea fata gradu.
Semper honoratæ uitæ: mortisqꝫ tropæa
Connumero. heu mortis fata beata tuæ.
Te uideo uigilans: et cum mea corda quieſcunt:
Deqꝫ noua ſemper cælite multa loquor.
Te fatis accinge meis: inducat olympo
Me tua: ſi frater cura ſecunda: manus.
O ita dii diuæqꝫ uelint ſi quando poetæ
Cura tibi fuerunt Bacche ſepulchra tui.

V

Epicedion in obitum Franciſæ Geſilardæ.

Vt flatus Clio ſtygius mea concutit ora.
c Mitior ad ſæuos aura boryſthenidas.
Non molles e fronde thori: non mollia laſsũ
Aoniis mulcent antra cacuminibus:
Herbantes ue globi florum: quos crine uirenti
Suggerit innumeris terra cupidinibus.
Horror habet pectus: miti nec preſsa quiete
Somnus alit pingui corda ſoporifero.
Nec mihi: quod cuperem: curas obliuia tardant/
Nec lethe amplexu grata papauereo.
Horror et horroris triſti conmiſta dolore
Fama uenit paſsu ſceua uolucripede.
Inſtitit: atq; agiles ſuccenſens concutit alas/
Et Thamyris dixit ſterte philammonides.
Hora fugit iaculo: celeriq; citatior euro:
Et te ſolus habet ignis acidalius.
Franciſcæ: proh ſæua Themis: proſerpina nigrum
Diſsecuit ſtygia falce capillitium.
Quæ tibi fata feret lacheſis ſi diua uerenda
Subiecit tetricis penſa uoluminibus.
Dignior an forſan Titonis nectare coniunx?
Stelligero aut arcas axe lycaonia?

Aut leda et ledæ proles quanquam Hellas ob illam
  Concors in gentes mouit apollineas.
Caſsiopæa poli decus: et labyrinthica preda:
  Quasq; deas culmen claudit olympiacum.
Illa melo dulci: ſophiaq; latinide præſtans
  Imperium meruit ſemper Achemenium.
Dignior illa Ioui uiſa eſt cæleſtibus auris:
  Altior humanis diua libidinibus.
Heu pietas: heu priſca fides: Lucretia cedet:
  Atq; canens oris fata in erythriacis.
Non tres dulciloquo præſtent ſermone Corinnæ:
  Quæq; comes docto fulget Ariſtoteli.
Nec quas prima tulit: uel poſtera proferet ætas:
  Quarum fama niues tranſit hyperboreas.
Comis: amœna: decens: cuius reuerentia formam
  Ornabat gratis mitis imaginibus.
Heu miſerande pater triſtes precor exue luctus:
  Nec madeant lachrymis ora uaporiferis.
E berenicæo qualis de uertice fulgor
  Conuexis ſubito uiſus atlantiacis
Non aliud natæ rutilanti circite lumen
  Conſtitit in ſuperis dulce cacuminibus.
Hic ubi cæleſti diuorum cincta caterua eſt
  Alceſte Admeti uita pheretiadæ.
Hic uenerande ſenex Choreis redimita pudicis
  Argi ſuccedit culmen Ariſtoridis.

Atq; hanc uita manet ſuperans longæua ſibyllæ
 Tempora:et Atlantis Iapetioniadis.
Depoſito lætare ſitu:nam ſecula mutant
 Non obeunt ciues axis olympiaci.
Tu quoq; Theſpiadum columen Lytauice ſororū:
 Magna dei pariter fama corymbiferi.
Qui cantu triſtes erebos et lurida tranas
 Fulmina ſiluicolis cinctus Hamadryadis:
Elicis elyſios lugubri carmine manes:
 Et ſtygium reddis numen amabiliūs.
Qualis uipereo læſos pia Daulias ore
 Colliculis fœtus deflet Ityriacis.
Viue ſuos et uiue tuos.ſic innuat:annos
 Arbiter O miti lege Cydoniacus.
Nec tibi quid demat quoniam dedit omnia cælum
 Sed firmet læto parca ſupercilio:
Di modo dent annos:per te tibi cætera trades
 Alter ut in terris uiuat Atlantiades.

Ioanni Baptiſtæ Suardo Inſubri diu ruſticanti.

Vlcis habes Baptiſta diu:uallisq; ſupino
d Demultus gremio deuia rura colis:
Oblitusq; tuorum:obliuiſcendus et illis
 Fruſtraris ſancti mutua uincla thori:

Præcipueq; Pios uates: qui te duce leti
Phœbæi ſcandunt auia culta iugi.
Hic colophoniaco ludis paria orſa cothurno:
Pindaricisq; moues plectra canora modis.
Noui animum: mentemq; tuam: quæ carcere cæco
Vix premitur patrios ſcandere nixa polos.
Fertilis aonidum comes: Hippia cædat in omni
Arte potens: neſcit mens generoſa nihil.
Aut ueniam aut uenias: ſine te Polyhymnia triſtis:
Pieridesq; deæ: Caſtalidesq; Pio.
Solue agedum: uallisq; tuæ retinacula blanda
Rumpe: et amatrici ſauia pauca nega.

Amoris uices et contrarios affectus deſcribit.

Liger obſcura miſerum quid imagine torques
a Delia pinnigerum quem generauit amor?
Orbe meas furibũde tuo? Nõ me ignis: erinys:
Anteros: et furinæ ſoluere uis ualeat.
Me riſus quandoq; creat: quandoq; remittit:
Deliciæ interimunt: deliciæ generant.
Sauia conciliant: diuellunt ſauia: frigus
Vro: uaporifero frigus in igne paro.
Diuidiæ ſunt pacis opus: de pace reſultant
Diuidiæ: amplexus diſsidii illicium.

Ira:furor:lachrymæ:bellum:truculentia:bilis:
Fax:riſus:iuncti fœdera cordis erunt:
Intereo quandoq; minis:quandoq; reſurgo:
Mors mihi dat uitam:uita dat interitum.
Hæreo:diffugio:ſuccendor:frigeo:nolo
Quod uolo:quam cupio non amo uel ſatiem.
Sector ut occurram:pudet occurſaſse pigetq;:
Quæ uolo ſi quæras hæc quæ ego nolo uolo.
Ira placet.breuis eſt exuſti flammula bilis
Pectoris:irato pax mihi mox petitur.
Mira puer recitas inſomnia:quid ſit amare
Noſse uelim:noui ſi bene κίτται erit.

Frigere ſine amore poeticam Franciſco Tiſsardo Ambacio.

Mbacii Franciſce ſoli celeberrime cultor:
Ingenio cuius Gallica terra micat.
Si quis Hyantæo ſitiens cupit ora liquore
Tingere/et aſcræi ſumere plectra ſenis
Tunc amet.Ad citharam uires animumq; Cupido
Præſtat:et ætherio Cypris ab axe fauet.
Cernis orontæa dominæ ſi corpora myrrha
Tincta uel incluſas in ſtatione comas.
Siue pedes molli clauſos miraris alutha
Seu tegit articulos lucida gemma ſuos.

Tunc calor ætnæo ſimilis te commouet æſtu:
  Excitat et ſenſus dulcis amica tuos.
Tunc canis ut placeas: ſpiransq; melætida muſam
  Lucida pieriis ſurgis in aſtra modis.
Geſtit: et aonio pariter ſi carmine gaudet:
  Nec renuit laudes grata puella tuas
Tunc cupis altiloqui ſublimia plectra Maronis
  Vt placeant dominæ carmina miſſa tuæ.
Sic amor aſſiduo uires ſibi colligit uſu:
  Et tua colliſis oſsibus exta premit.
Poſtmodo conſpirans uotis crinitus Apollo
  Cingit adoratum fronde uirente caput.

Ioanni Alberto Marliano mediolanenſi.

Cui pegaſides proprium tribuere leporem:
  Phœbus et aonio preſtitit ore loqui
Cui genus ingenio par emicat: Inclyta nã te
  Inſubriæ clarum ſtirps Mariana facit.
Non nimium tamen huic confiſus ad æthera ſurgis
  Ingenii propria nobilitate tui.
Hæc mihi dos fuerit potior ꝗ̃ marmora: ceræ:
  Lapſaq; cum titulis æra uetuſta ſuis.
Quiſquis auos atauosue crepat ſibi crimina fingit
  Atq; agitur proprio ſordis ab ore reus:

Non iuuát ornatos alienã incedere fama:
Non iuuat alterius nomine partus honor.
Gloria uera ſit hæc uirtutis adiſse cacumen
Hinc ſimul inuicta parta tropæa manu.
Talis eris: ſunt uera tui præſagia uatis:
Cui deus aonia præſcius arce uenit.
Hæc mihi dictarunt cirrhæo in colle ſorores:
Et Venus et Charites et pharetratus amor.
Tempus erit latii cum robore nube pyrenes
Proflata inſubres carmina feſta canent:
Celſus et in patrio ſtatues pia iura curuli:
Stabit et ante tuum turba rebellis ebur.
Et Galatæ: Heluetiiq; truces/pictiq; Britani
Vltorem accipient in ſua colla pedem.
O ita Phœbe uelis: ita uatum caſtra puellæ
Pierides: et quæ corda ſuperba domas.
Interea ſecede libens: et mœnia dulcis
Linquere mox patriæ Iane diſerte pará.
Aut tibi ſub rapido præſtet tentoria ſole:
Lucida quam bello nomine dicis aquam.
Inuitetue ſua poſuiſse Premuuius umbra;
Vrentes curas ſollicitosq; dies.
Hic adſit tua ſacra cohors/tua grata caterua
Lucius: Iſocrates: ſidereusq; Plato.
Deprecor admoneant hic te pie alumne cámœnæ
Me tibi mancipium tempus in omne fore.
FINIS.

VALENTINI CYBELEII VAXASDIENSIS
Epigramma ad Lectorem librorum Io.B.Pii.

I morum uarios gliſcis decerpere flores
ſ Si cupis et uitæ dogmata noſse tuæ
Si cupis exemplum placidæ uirtutis habere
Siq; uoles nitidus Attica lingua loqui
Aurea lector habes diuini epigrammata uatis
Baptiſtæ:egregiis condecorata modis.
Hic reſidet domina eximii Venus alma roſeti
Hic Ennæa legit florea ſerta dea
Hæc redolent etenim reſonantia mellis himeti
Gratum uerba fauum nectareumq; melos
Hic puto non aliter quam ſi uiridaria cernas
Alcinoi ut poſsis nunc recreare animum
Quare nunc hilari ſuſceptes fronte refertum
Magniloquis numeris candide lector opus.

Eiuſdem

Nuide latratu uati inſultare canino
i Deſine/rugoſa et carpere nare pium
Vel caue caſtalidū uiroſa attingere dextra
Purpureis late ſepta referta roſis
Fulmina uix magni effugies mihi crede tonantis
Prendes auricomi aut ſpicula ſæua dei

Aut ſi non metuis Certas mox numinis iras
Rumperis ſtimulis concitus inuidiæ.

Eiuſdem ad Laurentium de Biſtritia.

Fauſtis nimium ſolibus edite
o Laurenti patriæ grande decus tuæ
Quem natura ſuis large opibus iuuat:
Vt cui hoc tempore uere aurea contigit
AEtas: qua eloquium fulmineum micat:
Qua Priſci repetit tempora ſeculi
Scriptorum altiſonis ingenium modis:
Et doctis Cytharæ cantibus intonat
Vatum turba fide et uerſiculis potens:
Qua uitæ aſſequeris iam quoq; iudicem
Famæ et candidulæ magnanimum tuæ
Quo nil docta tenet Felſina cultius
Cui nunc ſeipſa uouet culta latinitas.
Dulce eſt a nitidis crede mihi uiris
Laudari: ad ſuperas qui reuehunt domos
Virtutem atq; hominis facta nitentia.
Nam diſtat penitus uita ſilentio
Demerſa a rapida morte etenim nihil:
Delectat quoniam gloria nobilis
Cum illa eſt titulis ſculpta decentibus.

Nunc uiues celebri laude perenniter
In terris uolitans omnigenis: Pii et
Baptiſtæ ingenua uoce ferente erit
Nomen Biſtritii laurigeri inclytum
Qua Phœbus tacitis lumina porrigit
Somnum diſcutiens: gentibus aurea:
Vel qua idem tenebras diffugiens parit
Ac tingit tepido deinde caput mari:
Aut qua flans Boreas horriſono ciet
Mugitu populi perpetuum gelu:
Atq; illic ubi ſemper Zephyrus manet
Cunctis indigenis notus eris modo.
Hoc uitæ probitas poſt cineres tibi
Reddet ne inuidula aut poſteritas tuum
Obfuſcet decus aut noctis imagine
Abſumatue dies tetra uoragine.
Virtus ſidereæ culmina poſsidet
Arcis: fraudem hominum uimq; minantium
Ridens: hinc iaculum quam nequit inuidi
Nec uis nec feritas ledere perfidi.
Viuas ut patriæ gloria ſis decens
Venturus/generi et præſidium atq; honos
Et pulchre ſpecimen nobilitatis: hinc
Fœlix iam Pylios exuperes dies.

EIVSDEM AD PANNONIAM.

OElix Pannonia et beata certe es
f Cælo quæ frueris ſereniore
Quæ omnes fertilitate uincis oras
Mundi nunc gemino ſitas ſub axe.
Nam tu Callaicis paris metalla
Multo nobiliora uel corintho
AEs purum pretioſiusq; fundis
Gratum deliaco nimis poetæ.
Pubes doctior et tua eſt opimæ
Terræ uiſcera quam Aſturum propago
Scrutari atq; redire tincta fuluo
Auro:continuo frequens labore.
Nulli tu regioni opum ſecunda es
Maieſtate dei fauore ſummi
Ob magnæ merita atq; cultum honorum
Virtutis decorata ſic perenne
Qua ſemper radias ſuperba dote.
Nec doni Cerealibus cares:uel
Sollerti minus es potens colono
Cum tu Sardiniæ feracis agros
Et pingues ſegetum uales aceruos
Gargani ſuperare nunc remoti
Campaniq; ſoli uberes agellos

An tu Pampineo liquore cuiq̄
Cædes?aut latiis nequis falernis
Concertare animoſiore pugna
Si poſsis Cilicum anteire colles
Claros uitiferis crociq; glebis
Bacchi copia non parum probati.
Nam Methymna tuos timet racemos
Prouocare nimis minante uultu.
Mamertinaq; Setiæq; Vina
Dant palmam tibi dulcibusq; ſuccis.
Sed quid?nonne tua illa mire acerbum
Audent ſirmica Cæcubo duellum
Semper nectareo ſapore odora:
Tota quæ populi merentur ora
Laudes Pannoniæ hæc domant inertes
Curas exhilarantq; corda gentis
Vere Martigenæ:chorosq; dulces
Suadent ducere caſsibus repoſtis
Et diris clypeis uel enſe curuo.
O quæ multiplici beatitatis
Fulges munere amica ualde tellus
Quis laudes poterit tuas ad unguem
Iuſto dicere carminis tenore?
Quæ pulchra radias decente gemma
Duri quæ es chalybis referta circum

Amnes quæ uitreos ſtrepente curſu
Nutris fonticulis nimis puellis
Caros aruaq; floſculis odora.
Marmor Mygdonio paris nitore
AEquas uel parium decente uena.
Tu armenti locuples gregisq; pulchri
Et diues pecoris colore multo
Dantis uellera multiformis uſus.
Fœlix atq; iterum beata tellus
Noſtræ quæ fidei decus perenne es
Gentis Chriſticolæ undecunq; aſilym et
Inuictus clypeus: poli ſub umbra
Mortali innumeram ambiens cateruam:
Tu nomen lachrymabile atq; diram
Turcarum populis rapina adultis
Et iuſtum ſitientibus cruorem.
Fœlix: quæ hectoream paris uirorum
Turbam: atq; herculea manu perita
Nutris agmina militum feroci
Mente: et quæ Auſoniæ æmulam coronæ
Pubem ſola foues. ſimul Catones
Quæ iam Scipiadasq; prole digna
AEquas lumina Dardanæ cohortis.
Nam Antiſtes titulo ecce quem uenuſtat
Quinqueeccleſia iam infulæ ſæcratæ

Digitized by Google

Fines irradiat tuos Georgius
Alti ſolis ad inſtar: cœlitum qui eſt
Natus ſtemmate: quem parens deorum
Deſpectat nitidaq; fronte ab aula
Cæli ſtelligeri docentem honori
Cordis conſilio rudem popellum
Aequi iura: fidem: atq; iter beate
Virtutis ſuperas merētis arces
Monſtrantem: angelici ac ſoni adaptantē
Pæana innumeris deorum in aulis
Theſauros inopum atq; largientem
Turbæ multifluæ fauente dextra:
Et multos iuuenum ingeni Minerua
Phœbeis habiles uel artibus: mox
Tradentem latiis deabus: hic fons
Et dulce auxilium meæ camœnæ eſt
Hic ſpes maxima luxq; amœna uitæ.
O fœlix iterum et magis beata es
Quæ felicibus emicas alumnis:
Ac genti uariæ quibus refulcis
Fines: quæ Italiam tuis adornas
Gazis: et generoſiore ditas
Natorum numero decus latinum.
Quos inter nitida Nepos Georgi
Vita preſulis optimoq; fulgens

Inſignitus honore:moribusq;
Eſt Laurentius.hunc camœnæ adorant:
Hunc et Felſineæ potens colit grex
Baptiſtæq; Pii thalia tollit
Altis æthereas ſonis ad arces.
O Pæonia ſi feraciorem
Natorum generando talium nũnc
Prebebis numerum:uolabis ecce
Iam iam Romuleis in orbe toto
Fama notior:clarior:Valeto.

FINIS.

AD OPVS MVSAEVM PII BAPTIſtæ Bononiẽſis:Sebaſtiani Maghi Pãnonii Hexaſticon.

Apollo alloqt̃ Muſas et ipſam Calliopen.

Adſitis Muſæ tandem redimite poetam
Qui decus Auſoniæ dicitur eſſe Togæ.
Hic Pius eſt certe uatum doctiſsimus ille
Felſina quẽ genuit:cui ſacta Pallas adeſt
Aſpicite O Muſæ quanto fulgore renidet
Hoc opus:O q̃tũ mellis et oris habet.

Ad Lectorem eiuſdem.

Perlege ũotiua monimenta hæc aure ꝑca-(mur
Quæ Baptiſta meus condidit ille ſacer.

Inuenies iſtic Veneris dulciſsima furta:
Quasq; puer ſoleat addere ſæpæ faces.
Hic liber ē cōptꝰ:terſus:placiduſue rotūdꝰ
Qui uolitare poteſt docta per ora uirum.

Finis Elegidion Pii Bononienſis.
Impreſsum Bononiæ per Io.Antoniū de
Benedictis ciuē bononiē.Die.xx.
Decembris.M.D.ix.Sedente Iulio
ligure quercenti.II.Pont.Max.

Errata Libri primi deformia.

Diſsimulat lætoq; cupit.ſcribe lento. Afflataq; pectora mutant.ſcribe nutant. Frueris qui Chlorido igne.ſcribe Chloridos. Seruitum pro ſeruitium. Subdierunt pro ſubdiderunt. Quid rear affatu qđ nulla epigrammata cultu.ſcribe culto. Viperea infirmas tabes.ſcribe tabe.

Ex.II.

Nec recipit tua cruſta Iubar: plæbæaq; tela. ſcribe phœbæa. Nec mora me ſtrato proprio ſtibade.ſcribe proripio. Hos licet obſcurategeret ferrugine bombyæ.ſcribe bombyx.

Ex.III.

Digna patrē patriæ poſt lato cura clauo.ſcribe curia. Siluicolis pro ſiluicolis. Prorios pro proprios. De morte ambimus amātes.ſcribe de more. Dulceq; ca duelis.ſcribe carduelis.

Ex.IIII.

Ardua ſectatus cuius ueſtia ueſtigia:primū.Erade ueſtia. Quod quoties rabiem coqt et ſecreta minatua. ſcribe minať. Infra pplexa ſeiūctim legēdū p plexa. Et ſolitus ꝓmpto ſidat ī ore decus.ſcribe deus.

Ex.V.

Ingenio hæc ſeruit tanq̄ academia:lyciū.ſcribe tanq̄ muſæa:lyciū. Si iuuet experidū bello expugnare draconem.ſcribe heſperidum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google